

REGULAE

CLERICORUM SECULARIUM

Congregationis

APOSTOLICARUM MISSIONUM

Sub Patrocinio

S. M A R I Æ

R E G I N Æ

A P O S T O L O R U M

In Ecclesia Cathedrali Neapolitana erectæ.



NEAP. 1689. Ex nova Officina Sociorum
Dom. Ant. Parrino, & Michaelis Aloysii Mutii.

S U P E R I O R U M P E R M I S S U .



JESU CHRISTO

a DEI PATRIS UNIGENITO

b APOSTOLO, AC PONTIFICI

CONFESSIONIS NOSTRAE

c PASTORUM PRINCIPI;

AC

d ANIMARUM EPISCOPO

e DIVINAE LEGIS MAGISTRO

f DOCTORI JUSTITIAE

g LEGISLATORI

h REDEMPTORI, i SALUTI,

AC

a 2

MA-

a *Joan. c.*
 1. v. 14.
 b *Ad He-*
bre. c. 3. v.
 1.
 c 1. *Petr.*
 c. 5. v. 4.
 d *Ad Co-*
los. cap. 2.
 v. 10.
 e *Joan. c.*
 13. v. 13.
 f *Joan. c.*
 7. v. 33.
 g *Psal. 5.*
 v. 83.
 h *Matth.*
 cap. 23. v. 23.
 i *Act. c.*
 4. v. 12.

MARIAE VIRGINI

DEI GENITRICI

a S. Ephrā
serm. de

laud. B. V.

b Rupert.

l. 5. in can-

sic.

c B. Laur.

Iustin.

serm. de

Nativ. B.

V.

d Rupert.

lib. 2. & 5.

In cātic. &

lib. 2. in

Matth.

e S. Augu-

stin. serm.

6. de temp.

f S. Brix.

serm. in

Angel. c.

39.

g S. An-

selm. l. de

4. virt. B.

M. c. 3.

a GENERIS HUMANI REFUGIO,

b RELIGIONIS, FIDEI,

c VIRTUTUM

d MAGISTRORUM, e GENTIUM,

f APOSTOLORUM

MAGISTRAE, g APOSTOLAE,

REGINAE

Toto corde supplices,

ac Venerabundi

Offerunt

Apostolicae Missionis Presbyteri.

IN-

I N D E X

C A P I T V M

P A R S P R I M A .

De Regimine Congregationis pag. 16

Cap. I. **E**X quibus constare debeat Congregatio, & qualiter oporteat administrari. 16

Cap. II. Quando Fratres convenire debeant; & quid eo tempore peragendum. 19

Cap. III. De Superioris, & Assistentium electione. 25.

Cap. IV. De Officialium Minorum electione. 32

Cap. V. De Officio Superioris. 34

Cap. VI. De Officio Assistentium. 39

Cap. VII. De Magistris Novitiorum. 40

Cap. VIII. De Admonitoribus. 44

Cap. IX. De Consultoribus. 47

Cap. X. De Secretario. 51

Cap. XI. De Depositario, ac Rationali. 57

Cap. XII. De Visitatoribus Infirmorum: Ubi de peragendis in obitu Fratrum. 60

Cap.

<i>Cap. XIII. De Sacristis.</i>	63
<i>Cap. XIV. De Lanitoribus.</i>	66
<i>Cap. XV. De qualitatibus eorum, qui in Congregationis nostre Novitios admitti valeant; ac de modo eos recipiendi.</i>	68
<i>Cap. XVI. De Receptione Novitiorum in Fratres.</i>	75
<i>Cap. XVII. De totius Congregationis Refirmatione, seu Fratrum Scrutinio.</i>	79

PARS SECUNDA.

<i>De Missionariis Exercitiis à Fratribus peragendis.</i>	86
---	----

<i>Cap. I. DE Exercitiis in ipsis Congregationis Congressibus, pro temporum varietate, recta methodo peragendis.</i>	86
--	----

<i>Cap. II. De Exercitiis preparatoriis ad Missionem annualē Civitatis Neapolitanæ.</i>	91
---	----

<i>Cap. III. De Officio Præfectorum temporis Missionis.</i>	99
---	----

<i>Cap. IV. De Praxi Missionum in Civitate, vel Diœcesi Neapolitana fieri consuetarum.</i>	101
--	-----

<i>Cap. V. De præmeditandis antequàm Fratres ad Externas Missiones egrediantur.</i>	105
---	-----

Cap.

Cap. VI. De Praxi Missionum Externarum. 113

Cap. VII. De Modo se gerendi ergà Communitates, & locorum Dominos, cùm apud ipsos erit pro Missionum Exercitiis commorandum. 125

Cap. VIII. De Praxi, ac methodo Exercitiorum, quæ sunt in ipso Missionis actu perficienda. 131

PARS TERTIA. .

De Idoneitate pro talibus Exercitiis, tanquàm medio ad finem hætenùs appositum. 139

Cap. I. Qualiter se quisque gerendus circa proprium profectum, ut se ad aliorum salutem promovendam dignum exhibeat. 139

Cap. II. Quanàm consequenter proprio profectui necessaria, quis consequi; quæve sollicitiùs præcavere debeat. 145

Cap. III. Quatenùs quisq; se circa proximorum salutem in Missionariis Exercitiis promovendam gerere debeat. 152

Cap. IV. Qualiter ergà Superiorem, Fratres, ipsamque Congregationem se quisq; gerere de-

debeat.

Cap. V. & ultimum. De his, quæ ad hujusmo-
di Regularum observantiam pertinent, ea-
rumq; Conclusionem.

159

163

F I N I S.



AN-

ANTONIUS

Miseratione Divina Tit. S. Pancratii S.R.E. Presbyter

CARDINALIS PIGNATELLUS

Archiepiscopus Neap.

P Astoralis muneris exercitiū,
ad quod suprema dispositione constituti dignoscimur, exigat incessanter, ut ad sollicitudinis partem in hac insigni Diocesi, in quibus omninò præ viribus non valemus, etiā plurimos ad Episcopalis oneris opus, tanquā Coadiutores nostros, atque in eadem Domini vinea collaborātes, continuo convocemus : quò fiat,

A

ut

ut Apostolicę vitę, ipsumq; Evangelii pondus humeris nostris imminens, aliorum etiam industria valeat substineri. Cùm autem potissimum Prædecessorum nostrorum temporibus, non sine prægradi animarum fructu, ac populorum instructione, viguerit aliàs canonicè instituta in Ecclesia nostra Cathedrali, sub nostra immediata Jurisdictione, nonnullorum Clericorum Secularium Congregatio sub titulo Apostolicarum Missionum, ac patrocinio S. MARIAE REGINAE APOSTOLORUM: quorum Institutum fuit, sub ejusdem Congregationis directione, Sanctis Missionibus, tū in hac nostra Civitate, ac Diœcesi
de

de eorundem Prædecessorum nostrorum, tum variis in locis de Ordinariis, consensu, studiosè vacare: de quorum pietate, doctrina, zelo, ac discretione plurimum in Domino confidimus; idque Nos pariter frequentius experti sumus, & in dies agnoscimus. Idcirco dignum duximus eos benignè, ac peramanter ad opus adeò peregregium allicere; ipsorumque studia, non tantum assiduè commendare, ac specialibus facultatibus coadiuvare, quin potius enixius promovere: præfatamque Congregationem iis, quibus majoribus valemus specialibus honoribus prosequi, ac favoribus illustrare. Quare cum ab ipsis nupèr

A 2 . No-

Nobis expositum fuerit; quatenus
 eorum Institutū, exercitia, ac præ-
 sertim novam seriem Capitulorū,
 quæ post alia per Prædecessores
 nostros confirmata, nunc demum
 conscribere, innovare, ac in ube-
 riorem, & latiore Regularum
 formam redigere, ipsismet visum
 fuit, ad magis proficuum ejusdem
 Congregationis regimen, ac salu-
 briorem directionem, auctoritate
 nostra approbare, & confirmare
 dignaremur: Erat autem petiti-
 onis tenor, qui sequitur

Eminentifs. Dom.

Superior, Assistentes, & Pres-
 byteri Congregationis Apo-
 stolicarum Missionum sub patro-
 ci-

cinio S. Mariae Reginae Apostolorum in Cathedrali Neapolitana erectae, E.T. Oratores humillimi, suppliciter exponunt; quod ipsorum Institutum ad procurandam animarum salutem, etiam Infidelium, in sanctis Missionibus per varias urbes, Regna, & loca, de Ordinariorum consensu, fuit alias ab Eminentiss. b: m: Cardinali Philamarino Archiepiscopo Neapolitano, approbatum, & confirmatum, una cum nonnullis Capitulis, ac Regulis, mediante speciali decreto Curiae Archiepiscopalis sub die 21. Junii anni 1646. Nunc autem, quoniam ad salubriorem ejusdem Congregationis directionem, ac regimen, opus fuit

A 3 eas-

*easdem Regulas priores confir-
 matas in pluribus dilatare, inno-
 vare, modificare, novaque serie, ac
 methodo quidem latiori, & magis
 opportuna conscribere de ejusdem
 Congregationis consensu, atque
 judicio, quas in hujusmodi suppli-
 cationibus insertas E.T. offerunt:
 idcirco earum omnium, ac singu-
 larum ulteriorem E.T. approba-
 tionem, & Confirmationem jux-
 ta ipsarum seriem, ac tenorem
 exposcunt, de gratia speciali, &c
 Regulæ vero sunt, v3.*

RE.

7
REGULÆ
CLERICORUM SECULARIUM

Congregationis
APOSTOLICARUM MISSIONUM

Sub Patrocinio

S. M A R I Æ

Reginæ Apostolorum.

PROOEMIUM.



Missionis Institutum aliud non est, quàm proximorum in via salutis desidiā expellere, ignorantiam erudire, exitium avertere; idque non tam laboribus incessanter prosequi, quam à Domino precibus postulare. Methodus autem ullatenus abest ab ea, quam Christi Domini, ac Servatoris nostri monstratum edocet exē-

A 4

plar,

*Matth. cap.
20. v. 21.*

*Matth. cap.
9. v. 35.*

*Proverb.
cap. 1. v. 20.
v. 21.*

plar . Is enim à Patre missus, Evangelicos Missionarios omninò ad sui formam disponere sategit ; adeòut Apostolis manifestarit . *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos .* In mundum ergò veniens, non uni tantum, sed, & pluribus Civitatibus Evangelizans ; quàm, & in vicos , & plateas egrediens, nec solum in Synagoga , & in Templo docens ; Verùm sæpius, licet fatigatus ex itinere , nunc docendo, nunc prædicando, Civitates percurrrens, ac Regionès perlustrans innotuit . *Circuibat Jesus omnes Civitates , & Castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium Regni .* Quod pariformiter de eadem Incarnata Dei sapientia in veteri Testamento Spiritus Sanctus præsignaverat . *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam ; in capite barbarum clamat, in foribus portarum Urbis profert verba sua ; Et ipsemet Christus Dominus interdum*

dum innuit. *Eamus in proximos vicinos, & Civitates, ut, & ibi predicem.* *Marc. cap. I. v. 38.*

Animadvertens tamen animarum jacturam præ deficientia ministrorum; ac videns turbas, misertus est eis: *quia erant vexati, & jacētes, sicut oves non habentes Pastorem.* *Matth. cap. 9. v. 36. 37.*

Tunc dicit discipulis suis: *Messis quidem multa, Operarii autem pauci.* Electis autem Apostolis orandum indixit, ut aucto numero ministrorum salubrius Redemptionis opus coruscaret. *Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.* *ibid. v. 38.* Quarè post Apostolicæ Missionis exordium, ac Discipulorum designationem, ad vineæ suæ culturam magnus Paterfamilias plurimos mittere dignatus est, atque per tot secula destinare; usquedum ejusdem providentiæ visum fuerit in hac præclarissima Neapolitana Ecclesia nonnullos, haud infimæ notæ ministros, tot insignibus pietatē, ac doctrina viris, qui.

qui ab ipso primævi Apostolatus initio, summo labore, fervore innarrabili, in ejusdem cultura desudarant, adungere; atque ad undecimam horam hos novissimos advocare; quibus speciali charitatis zelo succensis ad Missiones à Domino vocatis, parum fuit se ad fidelium culturam dedere; quin protinus vellet etiã postremas barbarorum Provincias pervadere, vitam, ac sanguinem pro Christi nomine, ac Fidei Catholicæ dilatatione daturi. Horum ductor piæ memoriæ D. Sãpſon Carnevale, primum Metropolitanæ Ecclesiæ Parochus, deindè ejusdem Canonicus, pietate, ac eruditione conspicuus: Cui, & alter accessit D. Franciscus Staybanus è primordiis ad infidelium loca, nec Missionarii dumtaxat, quin, & per Summum Pontificem Archiepiscopi munere designatus. Quod, ut latius efflueret, cœtu indicto, ac pluribus coag-

coagmentato; simul ad spiritus, linguarum, ac doctrinæ sufficientis afsecutionē: inter ipsos Præceptoribus idoneis designatis: Regularum normam de Ordinarii cōsensu cōscriptam dedere, quarum institutum, & exercitium foret Missio, non tām ad fidei domesticos, quā principalius ad infideles; sic enim in iis præponitur, *Finis, quem nostra Congregatio, non tam ipsa sibi proponit, quā Divinitus oblatum amplectitur, est Missio ad Infideles nutu Pōtificis; ejusque Sac. Congregat. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium propagāda. Fidei Præpositorum.* Meritò Congregationi huic nostræ nomenclaturam tribuentes, *Clericorum Secularium Apostolicarum Missionum sub patrocinio S. Mariæ Regina Apostolorum.* Quò fieret, ut Virginis Deiparæ subsidium expetere-
tur, atque Apostolici labores, ipsius-
que supremi Pastoris, ac Sacerdotis
exempla præ oculis jugiter haberē-
tur.

tur . Dùm verò plures ex Fratribus nostris ad Fidei hostes expeditiones meditarentur; eorumque, quos operi, jam satis aptos agnoverant, in sacris litteris instructos, adeptaque linguarum peritia: interim vi, ac æstu bellorum, tunc temporis penitus ad eos exclusus est aditus: ni potius ex dispositione divina: AEquum proindè tunc ab Ecclesiæ Catholicæ filiis discedere, cum in iis præcisa indigentia causa non foret, vel injusta pateret prædicationis expulsio: Quandoquidem Paulus, & Barnabas Judæos edocturi, iis relictis Gætium oras petiere, cum Evangelium non recipere: sic enim ad illos . *Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei; sed quoniam repellitis illud, & indignos vos judicatis æternæ vitæ, ecce convertimur ad Gentes.*

*Act. cap.
13. v. 46.*

Ut ergò ad Fideles Missiones institui necessarium erat; cum adhuc in iis usque modo præscelerum inundan-

dantia, vel ignorantia gravitate urgens occasio nosceretur Evangelio collaborandi; quod etiam Christus Dominus demonstravit dicens. *Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel.* Sic opus fuit omninò ejusdem Divini Verbi præceptis obtemperare; eaque in praxim adducere, quæ fuerunt aliàs Apostolis intimata; *In viam gentium ne abieritis: sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Israel.* Novimus itaque Dominum à Cōgregatione nostra Gentium Missiones forsàn aliò distulisse: Quinimmò, & Apostolos aliquando ab earundē conversione retraxit, quod post Resurrectionem suam latius insinuavit. *Euntes docete omnes gentes,* Voluit nāque Dominus alumnos nostros prius vineæ suæ, sive messis operarios in fidelium cultura, quàm Divini Seminis in Evangelii promulgatione; secus ea, quæ docuit Augustinus, Apostoli, ait, in Judæis quidem

Matth. cap.
15. v. 24.

ibid. cap 10
v. 5. 6.

ibid. cap.
28. v. 19.

S. August.
serm 42.
de Sanctis
c. 1.

dem messuerunt, in Gentibus autem seminaverunt, quia prima fidei dogmata, quasi semina iis tradiderunt.

Ad fideles itaque Missiones hactenus institutæ; atque Domino Patrum nostrorum laboribus benedicente; magno cum animarum fructu, ac populorum instructione. Cum autem id Apostolici muneris deberet Christi Domini stylum præferre, atque pro methodo proximorum salutem accuratiùs promovendi, tum exhortationibus, tum Sacramentorum, sive Mysteriorum Dei dispensatione, nunc in urbibus, ac oppidis, passim in templo, ac viis, alio vè modo ad id magis ducente, dignum fuerat Missionariis nostris leges ulteriores inscribere, quas nondum à prioribus, ac præfatis acceperant; nisi ad compendiosam Regularum normam, Institutum, Officiales, Exercitia, ac nonnulla summarie distinguentem, alias ab Eminentissimo Archiepiscopo Nea-

Neapolitano approbatam, & confirmatâ sub ipso erectionis anno 1646. Has igitur Cõstitutiones ad Regularum formam sub priorum vestigiis, ac è recentioribus Statutis; nec non praxi, & consuetudinibus in eadem nostra Congregatione laudabiliter receptis, ac approbatis, visum est postremò dirigere, modificare, ac latiori serie præscribere, quarum tenorem triplici ordine distinximus: Ad primum redigendo singula, quæ ad OEconomicum Congregationis Regimen tendunt. Ad secundum Missionandi modum, ac praxim. Ad tertiũ tandẽ ea, quæ, ad se idoneos præfatis Missionibus exhibendos, animo sibi fratres nostros præfigere congruum, ac necessarium erit.

RE-

¹⁶
R E G U L Æ

Clericorum Secularium
CONGREGATIONIS
Apostolicarum Missionum

Sub Patrocínio

S. M A R I Æ

REGINAE APOSTOL.

PARS PRIMA.

De Regimine Congregationis.

CAPUT I.

*Ex quibus constare debeat Con-
gregatio : & qualiter oportet
administrari .*

I.



Uoniam in cuiusvis ædifi-
cii constructione, prius est
necessariò requirenda se-
ligere, deindè rectam dis-
ponendi methodum præsignare : ex
qui-

quibus utrinque perfectius machinæ plenitudo consurget : idcirco primò indicare duximus, quales in Cōgregatione nostra recipiendos , ac postmodum quali sub instituto eadem debeat Congregatio gubernari .

II.

Ad primum, ii tantum erunt personæ Clericalibus Ordinibus insignitæ, vel saltem prima Tonsurainitiatæ , ex Cleri Secularis nuncupati corpore. Exindè Congregationis regimen præfinimus: Cui opus erit munera distinguere, ut suum quis peculiariter expleat , & quid agendum alacrius perficiatur , *partito in alios onere* . Et quidem personarum discretio fiet juxtà munerum diversitatem, ea ratione, quod Fratres omnes exerceantur: Cum sicut *in magna domo non solum sunt vasa aurea , & argentea, sed lignea, & fictilia*: ità prorsus ad regimen ordinatum varia majoris,

Exod. cap.
18. v. 22.

2. ad. Tim.
meth. cap.
2. v. 20.

joris, minorisvè momenti subministranda sunt. Hinc Officiales numero volumus esse, nimirum Superiorem cum duobus Assistentibus, duos Magistros Novitiorum, duos Admonitores, sex Consultores, Secretarium, Depositarium, Visitatores infirmorum, Sacristas, Janitores: Varios tandem Præfectos: tradita consequenter Superiori cum Assistentibus, & Consultoribus facultate plures Officiales creandi, cum expediens fuerit, ad occurrentes temporum circumstantias.

III.

Hi autem, licèt minoris curæ, suum singuli munus expleant, sic prorsus, ut Officiales majores: cum ex tali principio totus Congregationis nostræ profectus ortum ducat; eamque reciprocâ habere dilectionem studeant, ut charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prævenientes, alter alterius,

cum

*Ad Ro.
man. cap.
12. v. 10.
31.*

rum occurreret, onus obire minimè
dedignetur. Hinc juxtà dicentem
Apostolum; *Qui benè præsunt presby-*
teri duplici honore digni habeantur: 1. Timoth.
cap. 5. v.
17.
maximè, qui laborant in verbo, & do-
ctrina. Et majores ipsi cum juniori-
bus, tanquàm dilectione Patres, in-
vicem se præbeant; eosque respiciât,
tanquam futuros Apostolici munc-
ris administratos: quapropter Timo-
theo juveni Paulus. *Nemo adolescen-*
tiam tuam contemnat: Et potissimùm
eos adhortentur, ut eundem alloqui
prosequitur: *sed. exemplum esto fide-*
lium in verbo, in conversatione, in cha- 1. Timoth.
cap. 4. v. 12
ritate; ceterisque viri Apostolici di-
gnis exercitationibus.

C A P U T I I.

Quando Fratres convenire debeant; &
quid eo tempore peragendum.

I.

Conveniendi tempus erit per
singulas hebdomadas feria se-

B 2 cum-

cunda; die festivo de præcepto non impedita: Ni secùs ex causa Superiori videbitur: apud locum Congregationis consuetum in Ecclesia Cathedrali: hora pro temporum varietate statuenda. Quod si Superiori videbitur in die sic festivo congressum haberi: tunc poterit is in præcedentis hebdomadæ feria secunda Fratres certiores reddere de causa, & mandato conveniendi.

II.

*Ex libel.
prec. impr.
Neap. an.
1686. pag.
3.*

*Infra part.
2. cap. 1. n.
2. ac sequentibus.*

Fratribus coadunatis, cum Præsidentibus visum fuerit, initium aderit Congregationis ab invocatione gratiæ Spiritus Sancti; protectionis B. Virginis, Divique Januarii præcipui Tutelaris: ex precum nostrarum libello. Indè statim incipiet ab aliquo ex Deputatis, ut infra dicemus, haberi discursus ad horæ quadrantē de Fidei Catholicę controversiis.

III.

Priorem discursum subsequetur
Theo-

Theologiæ Moralis collatio per aliū quadrantem ab aliquo ex pariter designatis habenda : Quo tempore poterit per adstantes quid in discrimen vocari , & difficultas breviter proferri ; absque tamen argumentorum varietate, protensione, præcisique fervidis altercationibus, verbisque minus lenibus . Hi vocabuntur **Præfecti**, **Cōtroversiarum** alter, alter verò **Moralium** : **Utrique** jungetur **Socius**; utsi quem abesse contigerit , exercitium per alterum suppleatur : Idcirco **Præfectus** alteruter impedimentum prænoscens, rem **Socio** insinuat . **Officium** autem istorum ad annum protendetur : singulorum semestris erit labor : neque extendi novo **Regimini** videatur.

IV.

Insequetur **Sermo** brevis ad mediam horam habendus ab aliquo ex **Fatribus** in postremo congressu per **Superiorem** delecto . **Ejus** argumen-

tum erit ad populum cohortandum, eumque à vitiis retrahendum, prout in Missionibus ad populū conciones haberi solent. A mense verò fiet ad Sacerdotes allocutio per similiter, saltem antè quindecim dies deputatum: quatenus Fratres idonei redantur ad Exercitia Spiritualia Clericis Missionum tempore tradenda. Statuimus tamen, ut in talis exercitii feriis, altera ex nupèr adnotatis functionibus detrahatur.

V.

Quandoque Sermonis loco succedet Cathechesis explanatio, qualiter in Missionibus populo grandiori haberi solet, assignato prius articulo in proxima Missionem declarando. Post tertium verò quemque mensem unicuique aderit exercitiū, in quo Sermo ad Fratres instituetur: argumentum erit de iis, quibus, circa propriam, aliorumque salutem, munerisque dignitatem, nostræ Congregationis alum-

alumni detinentur: quatenus valeant
seipſos ſalvos facere, & eos, qui au- 1. Timoth.
diunt ad verę ſalutis portum dirigere. cap. 4. v.
16.

VI.

Sciant igitur alicui exercitio præ-
fecti, quod ſi fortè gravi neceſſitate
ſe tali die cogendos prænoverint, vel
excufationem præbendo, onus non
excipere, vel alium iniuncto ſibi
muneri ſubrogare, cum Superioris ta-
men licentia: cui prius, quidquid ac-
ciderit, innuendum.

VII.

Adjungimus etiam exterarum lin-
guarum exercitium ad juvenes eru-
diendos ad Miſſiones infidelium, pro
quibus potiffimùm noſtra Cōgrega-
tio institutionem accepit: cui assigna-
mus horę quadrantem antè Con-
gregationis exordium.

VIII.

Congruum proindè cenſemus in
præſatis exercitiis, ceteriſque pera-
gēdis, horę ſpatium nullatenus evin-

B 4 cendum

cēdū: Quod si negotiū aliquod publico cētui proponendum erit: utpotē receptio Novitiorum, institutio Missionum, vel simile, tunc aliquod exercitium detrahetur; nè datū terminū supplenda progrediantur. Quibus habitis Regularum Capitulum aliquod legetur; indè ad campanulę signum, genuflexis omnibus, Superior orationes SS. Petri, & Pauli Apostolorum recitabit, ac prout ad finem Congregationis in libello notatur.

IX.

Numerum autem Congregandorum ità statuimus: ut nimirum, quoties quid per suffragia decidendum fuerit, vel ad quod totius Congregationis consensus requiratur: id fieri non sinamus, quoadusque conventium ad vigintiquatuor usque pervenerit. Ea tamen excipimus, quę aliàs de more, vel, ut alibi prefixū, erit Cōsultationi tantum, statutoque Cōsultorum numero novimus pertinere.

C A-

*Infrà cap.
27. n. 3. &
p. 3. cap.
ult. n. 2.*

C A P U T I I I .

De Superioris , & Assistentium Electione.

I.

Quemadmodum in primævi Tēpli constructione legimus a Domino distinctè Præsidentium numerum fuisse præfectum: quatenus præessēt *singulis operibus, & præcipientium populo, & his, qui faciebant opus* : sic eò diligentius in spiritualis ædificii structura selectior Præpositorū series remanet excogitanda; eorum enim curæ totius incumbet Apostolicæ culturæ negotium: ipsique pariter, quod filiis Aaron demandatum, sacre testantur litteræ, *disponent opera singulorum, & dividunt, quid portare quis debeat* .

3. Regum
cap. 5. v.
16.

Numer.
cap. 4. v.
19.

II.

Munus igitur ejusmodi Congregationis nostræ immediati regiminis
Su-

Superiori, ac duobus Assistentibus
Fratribus cōmittimus: Quorum mu-
nera distinctius ostēdemus sequenti-
bus Capitibus 5. & 6.

III.

Horum electionem hac lege dis-
ponimus, ut feria secunda quotan-
nis à Deiparę Virginis Visitatione,
in Congregatione de more conve-
nientibus, & singulis in præcedenti
sessione commonefactis, ut Congre-
gationi frequentius interesse, remque
Domino, Beateque eidem Virgini
commendare studeant. Signata ve-
rò die, post exquisitam Divini Spiri-
tus opem, Superior, vel quis alius
antecedenter ab eo præsignatus, scr-
monem breviter habebit pro electio-
ne novi, bonique Regiminis ad talē
cætum requisiti; edisserēdo quantum
Præfecti directio profit. *Integritas,*
enim Præsidiū, Sacrosanta Triden-
tina Synodus admonet, salus est sub-
ditorum. Hinc omnes exhortabitur,
ut in

Trident.
sess. 6. cap.
1. de Refor.
& sess. 25.
c. 6.

ut in eum suffragium ferant, quem ad tale munus dignius obcundum præficere putabunt .

IV.

Sermone peracto schedulæ à Secretario per Novitios, Sacristas, aut Janitores distribuentur, ad eligendi nomen, cognomenque tantum pro cujusvis conscientie dictamine conscribendum: scriptio tamen, vel etiã socio, celari conveniet. Quod si plurius nomen, agnomenque in idem fortè coincidere videbuntur, dubium effugiet, antiquiori superaddito numero, primi nimirum, vel secundi, sicque, si opus erit, posterius. Interim Secretarius eorum seriem enunciabit qui eligere, eligique valent, juxta numerum octavum inferius.

V.

Ex chartulis indè collectis vas aliquod expletum asportetur ubi tres loco congruo ex peculiari Fratrum numero provectiores, ad Superioris libi-

libitum vocati, utpotè Scrutatores, numerum priùs eorum, qui conveniunt, inscribent: nequid exarata suffragia Fratrum adstantium numero imparia fuerint. Suffragiorum iusta serie recensita, perceptibili vocum schedularum singillatim per aliquem trium scriptio legetur, cum nomine, & agnomine tantum eorum, in quorū personas electionem singuli contingere sperabunt. Curabit interim aliquis ex Deputatis tot in pagina distinctas lineas educere, quot erunt suffragia, quæ alius, aliussvè nominatus habebit.

VI.

Si quis autem votorū partem pleniorē tetigerit, quod potissimū, si votū unicū aliā partiū medietatem excesserit, in eū Superioris electio cecidisse noscetur: Quod si congruus numerus non apparebit, ac proindè nō innotescet electio, pariformiter Scrutinium geminabitur: & nec in secundo Scrutinio

tinio electione peracta, nequaquam, quoadusque sortiatur, electio protrahetur; sed tunc duo tantum fecerentur ex iis, quibus minora deerunt suffragia, & votis in capsulam demissis juxta solitum: aliquid concludendi, vel excludendi morem, in quæ sortietur electio, is erit Superior. Adveniente tamen vorum æqualitate, tunc ex duobus concurrentibus antiquior intelligetur Superior hac unica vice prænominatus.

VII.

Eo pariter ordine fiet Assistentiū electio: quorum trium regimen annuum erit: ni tali tempore dilapso, Cōgregatio ad alium annum prorogare voluerit: nec ultrà fieri volumus egressum. Verùm pro Superioris, vel Assistentium confirmatione duæ requirerentur suffragiorum partes. Nec prohibemus dari regressum à primo Assistente ad secundum, vel ad primum è secundo, cum solitis, præfatisque

tisque suffragiis, uti supra, hoc est, cum unicum votum medietatem alterius partis evincet.

VIII.

Advertendum insuper neminem posse in Superiorem, alterumvè de Assistentibus eligi, vel in Magistrum Novitiorum, aut Admonitorem, quin prius à quadriennio saltem Congregationis Tyrocinium expleverit, à die scilicet, qua in Fratrem fuerit sollemniter cooptatus: dummodo frequenter Congregationibus adfuerit, ac Missionibus vacaverit; quatenus conditionis ratio postulavit.

IX.

Si ergò inter præfecturâ Superior, vel alter de Assistentibus ex humanis abscesserit, vel potius ad Ecclesiasticas aliquas dignitates assumptus fuerit, quæ nostræ Congregationis regimen compari nequeant, nondum semestri tempore dilapso, tunc protinus facienda novi Superioris, vel

vel Assistentis electio; modo scilicet,
& forma statutis.

X.

Electiōne completa Domino gratiæ reddentur cum Hymno *Te Deum laudamus*, alternis vocibus decantando : post quæ Superior , & Assistentes nuper egressi novos in eorum sedem collocabunt ; Fratribus interim singulis per eos ad osculum pacis exceptis; ac in fine post preces, ut in earum libello, Superior , & Assistentes peracti regiminis antè nuper electos genuflexi, defectuum forsitan admissorum veniam postulabūt, iisque benignè dimissis, Superior sedentibus omnibus aliqua suggeret ad uberiores Congregationis profectum reassumendum , atque Omnipotentis Domini gloriā enixius exoptandam, ac demum recitandum indicet *Pater* , & *Ave* pro felici , Domino favente , Congregationis progressu .

*Ex libello
cit. pag. 17.*

C A-

CAPUT IV.

De Officialium Minorum Electione.

I.

Ad Rom.
cap. 12. v.
4.5.

Ad Rom.
loc. cit.

Rom. cap
12. v. 4.

Sicut in uno corpore, monet Aposto-
lus, multa membra habemus; om-
nia autem membra non eundem actum
habent; Ità multi unum corpus sumus
in Christo: eam igitur consequens est
corporis unitatem affabrè disponi ex
eadem proportionem membrorum,
aptitudine, operumque discretionem:
adeò ut verum sit, *alter alterius esse*
mēbrorū. Ex hoc ipso docemur probi
statum Regiminis expetere, post con-
stitutam in principalioribus partibus
præminentiam in Superioris ele-
ctione, quid aliud suggerendum fo-
re, Idcirco pro minoris curæ neces-
sariis functionibus, ex alia inferiorū
serie ministrorum supplendum erit,
quī traducta corporis partium simi-
litudine, utpotè, quia *non eundem*
actum

actum in tot diversis actionibus habere soleant, hinc est, quod in ordine proportionaliter varii, idoneitatis, actionisque diversæ, præfici debeant ad unius Congregationis gubernium integrum, & ordinatum. Selectis ergò in præcedenti sessione Superiore cum Assistentibus, ad alios Minores Officiales in *proximè sequenti recto tramite procedendum..

*Rom. cap.
12. v. 4.*

II.

Erit autem istorum series. Duo Magistri Novitiorum, tot pariter Admonitores, sex Consultores, Secretarius, Præfecti, tùm Controversiarum, Fidei, tùm verò Moralium; his autem Præfectis, cuique socius adiungetur: Depositarius, vel Rationalis, duo, vel quatuor infirmorum Visitatores, quatuor Sacristæ, quatuor Ianitores. Accedet Præfectus linguarum, cujus opus, ut diximus, erit antè Congregationis exordium.

*Sup. cap. 2.
v. 7.*

C

Ad

Ad istorum electionem Superior cum Assistentibus proximè initiatis, adhibitis pariter Superiore, & Assistentibus, atque sex aliis Consultoribus gubernii transacti, statæ diei, temporis, ac loci opportunitate, in unum congregientur, antequam ab Superioris electione prima Congregatio habeatur, qui mutuo colloquio singulis officiis idoneos ex Fratribus destinare opus habebunt: Quod si discrimen irreperit, tunc discretio, & electio fiet eorum, in quos pars præfati congressus suprâ medietatem uberior, inspectis vocibus, ac suffragiis, propendere videbitur.

C A P U T V.

De Officio Superioris.

I.

HAud proderit Superiorem per status eminentiam super domus Domini speculam constitutum, alte-

alterius operi præfidere, alienavè
 corrigere, nì potius *forma factus gre-* I. Petr. cap.
 5. v. 3.
gis ex animo, nec singulariter agno-
 mine Superior, sed sit opere prior,
 charitate fervētior, ministerio labo-
 riosior, qualem seduli Pastoris exigit
 officiū; cui, nec alteri dictū. *Qui præest* Ad Rom. c.
 12. v. 8.
in solitudine, & sæpius præ auribus
 habeat, de quo Timotheus per Apo-
 stolum admonebatur. *Tu verò vigi-* 2. Timoth.
 cap. 4. v. 5.
la, in omnibus labora, ministeriū tuū im-
ple: sobrius esto: Undè ex nostri Præsi-
 dis ore ceteris insinuādum audiri li-
 ceat, quod alibi ex Paulo. *Quæ vidi-* Ad Philip.
 cap. 4. v. 9.
stis in me, hæc agite.

II.

Ipsius ergò præcipuum erit con-
 gressibus frequentius adesse, congrua
 nimirum hora omninò servanda, in-
 qua Congregationis exercitia in-
 choari debeant: hoc tamē ordine, ut
 eo forsan absente initium det Primus
 Assistens, vel in ejus defectu Secun-
 dus; quibus æquè deficientibus onus

C 2

exple-

explebit antiquior ex Magistris Novitiorum, vel ex Fratribus, in istorum defectu, cujus erit locus in scabello secus exedram, usque ad Superioris adventum, vel alterius Assistentium.

III.

Parum ceteros præveniet, vel, ut exercitia in proximè sequenti congressu peragenda distribuatur, vel si aliquid consulendum foret antè Cōgregationis exordiū, (quod ejus prorsus dispositioni dimittimus, cum Cōsultationes haberi queant, tūc antè, tūc postea) Occurrente verò præter ordinem re similiter consulenda, tūc Superioris erit ministerio Novitiorum, vel Sacristarum, ac Ianitorum Cōsultoribus indicare diem, locum, horamque Consultationis recolligendæ.

IV.

Præterea Congregationis Regulas ad unguè servari studebit: undè post cōsuetæ exercitia, Capitulū aliquod istarum

istarum legi præcipiet . Si verò quid extra Regularum dispositionem firmandum, vel præter eas, easque videri declarandas adveniet, hoc, quoties acciderit, peraget opinionibus Assistentium inspectis, totiusque Cōsultationis, de quo latius infra: attamen Consultoribus deficientibus, tot, quot deerint, eorum loco subrogare valebit.

*Infra p. 7.
cap. ult. n. 2*

V.

Peculiariter inspiciet, & onus habebit de peractis Missionibus rationē petere, vel ab earum Directoribus, vel Præfectis, tūm Diurnis, ut dicimus, tūm Nocturnis: si forsā is interesse minimè passus fuerit: præcipuè verò de actionibus Fratrum, an ad Omnipotētis gloriam, animarumque salutem opus direxerint, vel culpas aliquas in peculiaribus functionibus admiserint; ut errantes corrigat, vel, juxtā præceptum Apostoli, *Peccantes* *coram omnibus argue, ut, & ceteri timo-*

*1. Timoth.
cap. 5. v. 20*

rem habeant, si defectus excesserit, i
publico cætu pœnitentiam imponat :
nñ aliud iniungi æquum esse videbi-
tur .

VI.

*D. Greg.
lib. 20. Mo-
fal. cap. 6.
In can. Di-
sciplina
dist. 45.*

Negligentes ex Fratribus paternè
monebit; ceteraque sic diriget, tan-
quàm caput membrorum fūctionibus
imperaturum: Caveat verò ne iusti-
fines excedat. Quapropter sciat Pastro-

*Trident.
sess. 13. cap.
1. de Refor-
mat.
1. Petr. cap.
3. v. 3.*

*res, Ità præesse suis subditis oportere,
ut nō in eis dominantur, sed illos, tãquã
filios, & Fratres diligant, elaborentq;
ut hortando, & monendo ab illicitis de-
terreant, nè tibi deliquerint debitis eos
pænts coercere cogantur. Quos tamen,
si quid per humanam fragilitatem pec-*

*2. Timoth.
cap. 4. v. 2.*

*care contigerit, illa Apostoli est ab eis
servanda præceptio, ut illos arguant, ob-
secrent, increpent in omni bonitate, &
patientia: cum sæpe plus, ergà corrigen-
dos agat benevolentia, quàm austeritas,
plus exhortatio, quàm comminatio, plus
charitas, quàm potestas. Sin autem ob
deli-*

*delicti gravitatem virga opus fuerit ,
tunc cum mansuetudine rigor, cū mis-
ericordia iudicium, cum lenitate severi-
tas adiungenda est .*

C A P U T VI.

De Officio Assistentium .

I.

Assistentium onus, ut res nomini
aptius cohæreat, est Superiori
assistere in omnibus, quæ ad Congre-
gationis ministerium pertinet, labo-
rem levando opère tripartito: Eidẽ-
que studio se ii noscant obstrictos
circa proximorum salutem ; Deique
nostri gloriam promovendam in pec-
catorum conversione, quæ est finis ex-
cellentior nostræ Congregationis .

II.

Quoties quid Superiore absente
decidendum acciderit, si dilationem
verè non sustineat, ipsi Cōsultationẽ
vocabunt, & insupèr , quidquid fue-
rit

C A P U T VII.

De Magistris Novitiorum .

I.

QUoniam Juniores in Missionariis exercitiis, ejusvè Clericalis vitæ fūctionibus erudire, sollicitioris est curæ, ac laboris: Idcirco Congregationis opus hoc duobus ex Fratribus, ætate, doctrina, morumque gravitate respectivè provectioribus iniungimus: Qui, utpotè Tyronum instructores, eos non tantum verbis excitare satagent, verum potius exēplo, juxta D. Pauli monitū Tito Episcopo . *Juvenes hortare, ut sobrii sint; sed attentius recolendum, quod subdit. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorū operum, in doctrina, in integritate, in gravitate.* Indè tanquàm Patres Novitios instruent, *Quàm ab omni labe puros esse oporteat, quàm*

*Ad Titum
cap. 2. v. 16.
7. 8.*

*quàm à perturbationibus animi alienos,
quàm castissimis moribus præditos, quã
omni virtutum exemplo præstantes, quã
Divini cultus zelo accensos, quàm salu-
tis animarum cupidos, & appetentes,
quàm doctos, omnisque disciplinæ San-
ctæ peritos.*

*S. Carol. in
A. M.
dist. Eccl.
p. 4. In In.
fruct. præ.
dic. verb.
Dei.*

II.

Operam adhibebunt, ut ii studiosi
sint erga Regularum observantiam,
vestibus, ac tonsura statui Clericali
decentibus utantur, aliis morigerati
pateant, in externæ modestiæ, sen-
suumque compositione nitantur ani-
mi devoti speciem præferre, exces-
siva laicorum colloquia, & suspicio-
sa commercia devitare, ac tandem
tales in privato se pariter gerere,
quales etiã in publicis actionibus
excellencia ministerii inculpabiles
poscit.

III.

Ut seculares curas, ac etiã, quò
decetius, ipsas parentum sollicitudi-
nes

Michea
cap. 7. v. 6.
Matth. cap.
10. v. 36.
2. Theffal.
cap. 5. v. 22.

2. Corinth.
cap. 6. v. 3.

Os eg. cap. 2.
v. 14.

D. Ambrosius.
in cap. cuius portio
12. quass. 1

Infrà p. 3.
cap. 2.

nes caveât, admonebūt: pluries enim in sacris litteris dicūtur *Inimici hominis domestici ejus*. Hinc ab omni specie mala abstinentes, & Nemini dātes ullā offensionem; ut nō vituperetur ministeriū nostrum, ipsosque domesticos, quò fieri poterit, aliquatenus declinantes, locum aliquem remotiorem domus eligeredoceant, ut in solitudine ad cor loquetē Deū prōptius audiāt; iiq; Sacramentorum usum, piorum librorū lectionem, & præsertim Divinæ Scripturæ frequentare, Ecclesiasticos ritus, & cæremonias addiscere, sacrisq; functionibus jugiter interesse studeant.

IV.

Omninò inhi-beant Theatralibus actionibus, ac publicis utcumque, nī verè sacris repræsentationibus, vel etiam domesticis adesse, ludis illicitis, aliisque minùs decentibus tempus insumere; taliterque se habituros admoneant, ut cuncta secularis vitæ blan-

blandimenta, inutilesque voluptates
aspernari facile patiantur, ad se
condignè pro suscipiendis muneribus
disponendos; carnis potissimū ille-
cebras cohibendo; *Quoniam*, uti do-
cuit Apostolus, *qui seminat in carne*
sua, de carne, & metet corruptionē: Qui
autem seminat in spiritu, de spiritu me-
tet, & vitam aeternam.

*Ad Galat.
cap. 6. v. 8.*

V.

Sedulò vacabunt, ut litterarū stu-
diis Tyrones incumbāt, iis nimirum,
quæ statui utilia, & necessaria fuerint.
Quapropter juverit eorum progres-
sus maturè perquirere; Quod si non-
nullos desides adinvenerint, eorum
in spiritu lenitatis torporem avertere
conentur: nō opus fuerit redarguere,
& Superioribus indicare. Eos nun-
quàm publicè, nō verè expertos, con-
cionari permittant, cum prius expe-
diat idoneos reddi: illudque insinua-
re non desinant, quod Apostoli prius-
quàm loqui, *Spiritu Sancto* se reple-
ri sa-

*Ad Galat.
cap. 6. v. 1.*

*Ad Roman.
cap. 12. v. 3.*

ri faterentur: ipseque Christus Dominus nusquam se Sapientiam Divini Patris ostenderit, ni dùm per ætatem licuisset, & puerum duodennem patres invenerint *In medio Doctorum*, nè quidèm instruente, quàm potius audientem illos, & interrogantem eos.

*Lucæ cap. 2.
v. 46.*

VI.

Illud postremò præ oculis habebunt eos adeò in Sacris actionibus enutrire, quatenus necesse duxerint operi superventuro. Undè in affluentia Divini Spiritus adulti, deinceps *memoriam abundantie suavitatis ejus erubescunt*; dignique per hæc Apostolici laboris operarii valeant efformari.

*Psal. 144.
v. 7.*

CAPUT VIII.

De Admonitoribus.

I.

Admonitores bini è Fratribus Divinæ gloriæ zelo ferventioribus constituti, sedulo vigilabunt circa

circa peragenda, ipsumque Congregationis progressum ; tanquam utrique insinuatū fuerit, quod alibi Ezechielis 3. *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel : & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.* Ezechiel. cap. 3. v. 17.

Immò ipsis rigorosè præcipimus, ut attentè recogitent, àn Congregationis regimen ordinatè se habeat, vel si quid Præfecti delinquant, nè aliqua Regularum transgressio in dies oriri videatur: Quamvis enim Clericalem hunc cætum satis in via spiritus enutritum, Domino favente, continuo speremus; attamen, quia *necesse est de mūdano pulvere, etiā religiosa corda sordescere,* iisdemque Apostolis à Domino dictum fuerit, *Qui lotus est, non indiget, nisi, ut pedes lavet, sed est mundus totus : Et vos mundi estis, sed non omnes,* Indè ad hæc piacula, utcūque levia, detergenda, debet aliqua lotio correctionis accedere, sed sit *monitio sine asperitate, hortatio sine offensi-*

S. Leo Papa
serm. 4. de
quadrag.
cap. 1.

Ioan. cap.
13. v. 10.

S. Ambros. fessione, ad hoc, ut unicum Divinæ glo-
lib. 1. Offic. ria finem omnimodè consequamur.
cap. 29.

II.

Si autem, quod absit, ex his transgressiones nonnullæ succreverint, tunc eorum erit secretò, vel palàm, ut necessarium, & opportunum videbitur, commonere, vel Superiori ad corrigendum indicare: Quapropter Admonitores electos Cōstitutionum nostrarum notitiam accuratiùs habere opus erit. •

III.

Ipsorum pariter erit quæcunque præcavenda prævidere, tam ea, quæ in ipsis congressibus, quàm aliàs accidere poterunt; etiam circa Fratrum vitam, ac mores, peculiariter verò circa tepidos, eorū defectus in exercitiis ordinariis admissos adnotando. Tum demùm Dei honorè, fervoremque nostræ Cōgregationis præoculis habentes, noxia remove, defectus evellere satagent, nè quidem propria
 autho-

authoritate ; quā apud Superiores
pro recta observantia quò sollicitius
instare non desinant .

C A P U T IX.

De Consultoribus .

I.

QUandoquidem ex humana
fragilitate cautum, Rectorem
quantumvis eximium, alte-
rius tamēn uti oportere consilio; id-
que plurimū Sacris litteris compro-
batum, cū præsertim cuique dictum
fuerit. *Nē innitaris prudentia tua : &*
nē sis sapiens apud te metipsum . Solius
Dei est ; inquit Chrysostomus, nullius
indigere , & nullo opus habere consilia-
rio, & propterea de eo solo dicitur. *Quis*
cognovit sensum Domini, vel quis Con-
siliarius ejus fuit ? Ex his igitur ad
optimi regiminis metam prospicien-
tes, congruenter statuimus, ut Officia-
lium minorum electioni, de qua cap.

Proverb.
cap. 3. v. 5.
& 7.

Isaia cap.
40. v. 13.
D. Chrysost.
ro. 3. homil.
deferend.
reprehens.
& Convers.
Pauli.
Ad Rom.
cap. 11. v.
24.

4. præ-

4. præterito, trium Consultorum jun-
gatur electio, tribus aliis pariter con-
tinuò convocandis, iis nimirum, qui
proximè lapso regimini Præfecti fue-
re, ut sex numero sint, accedentibus
pariter Duobus Magistris Novitio-
rum, totque Admonitoribus, qui om-
nes ad Consultorum instar se gerere
debeant, & pari modo suffragium fe-
rant: ad hoc, ut in ordinariis Consul-
tationibus tresdecim numero Cōsul-
tores omninò habeantur; atque or-
dinariis Cōsultoribus deficientibus,
id præstetur, quod aliàs cap. 5. n. 4.
statuimus.

II.

Hi Cōgregationi frequenter ade-
runt, ut consultandis præstò sint;
ibique ad ea decernēda festinabunt,
quæ Divinæ gloriæ, salutis fidelium,
nostræque Congregationis profectui
consentanea fuerint; ut ad singularem
hunc scopum consultationes ordinē
referant: præciso quovis humano
respe-

respectu . Undè decebit Consulto-
res benè, satisque Regulas omnes me-
moriam retinere, ad consultationum,
actionumque suarum methodum se-
cùs eas prudenter, justèque dirigen-
dam: Quidvè consultatum fuerit, vel
agitatum omninò celare .

III.

Nè autem ambigendi sit locus, an
Secretarius Consultoribus forsàn an-
tiquior, quem consultationibus assi-
stere necessarium est, in iis cum ce-
teris promiscuè vocem habeat; Id-
circo declaramus, ipsum hac faculta-
te carere, quotiès, aliquo Consultorū
deficiente, per Superiorem subroga-
tus non fuerit, vel ni receptus, ac
adiunctus in semestri Fratrum Scrui-
nio, seu Refirmatione.

IV.

Opportunum etiàm putamus hic
modum consultandi disponere . Erit
igitur . Postquàm præfati ad re-
morum aliquem locum accesserint à

D

ce-

*Eclesi. c.
3. v. 21.**Ex libell.
pag. 7.*

ceteris distinctum juxtà sapientissimum Ecclesiastici monitum. *Coràm extraneo ne facias cōsiliū; nescis enim quid pariet; ac expetita, ut è Congregationis libello, Divini Spiritus gratia, per aliquem ex convocatis res decernenda proponatur, qua benè percepta, Admonitores instabunt, si quid forsàn adversum præscriptum fuerit. His peractis, junior ex ipsis animi sui rationem breviter exponet, pariformiter ceteri, ac demum Superior. Perceptis ergò singulorum opinionibus, concessoque prius mutuò discurrendi temporis aliquot, demum per vota secreta in suffragiorum capsulam recipienda, res exagitari debebit, àn includenda scilicet, vel excludenda.*

V.

Sciendum autèm è calculis votorum qualitates agnosci, nigris nimirum specificari votum exclusivum, inclusivum in albis: dùm igitur albi cal-

calculi, vel per unicum, alteram nigrorum partem exceſſerint, tunc erit propoſita res concludenda, quin ſecus excludenda, ſi talem terminum exceſſerint nigri. Verum ſi negotiū arduitate patitur, tunc prius ac decerni, ſi Superiori videbitur, per octiduum antè proponetur in ſubſequenti congreſſu decidendum; quæ diſtinctè Secretarius adnotabit.

C A P U T X.

De Secretario.

I.

QUoniam non ad occurrentia tantum, quin etiam ad poſteriorum doctrinam per uſum, invaluit plura conſcribere, ſicūt etiā Gentium Apoſtolus pro muneris Evangelici functionibus dignum duxit Fratrem nomine *Tertium* amanuenſem admittere: Hinc ad Congregationis noſtræ negotia perutiliter

*Ad Rom.
c. 16. v. 22.*

D 2

ad

52 *Reg. Congr. Apost. Mis.*
adnotanda Secretarius est adhibendus.

II.

Ad eum pertinebit congressibus incessantè adesse, ac ceteros prævenerè; ibique in libro diem, ac Fratrum accedentium nomina cum Novitiis juxtà seriem conscribere, quibusque venia concessa fuerit, vel quinàm excusati, vel justè detenti. Indè per quos exercitia peracta; quivè similiter deputati ad eadem in sequenti sessione, quorum in fine Congregationis publicè designationem aperiet.

III.

Adnotare consequenter ingressus Novitiorum, eorumque receptiones in Fratres; iis autè eum ordinè prioritatis tribuet, què per suffragiorum captationem, seu petitionum lectionem, vel admissionem sortiti fuerint: Insupèr Consultationes omnes, atque in iis decreta, seorsim in alio libro di-

distinguet; ut, cū res exegerit, expeditius id præstetur, resumēdo peculiare librum Conclusionum, paginam in eo majoris libri consignando, undè Conclusiones eduxit. Addimus præterea, quod Conclusionibus nonnullis pro temporum circumstantiis effectivatis, postquam illæ per ipsum conscriptæ fuerint in prædicto Conclusionum libello, eas Superiori, & Assistentibus pro majori firmitate, & ad uberiores posterorum notitiam subscribendas offerre teneatur.

IV.

Hinc etiā series Missionum juxta diurnum opus; & in externis ab itineris initio ad regressum, ubi similiter exercitia notabit, quæ, & à quonā habita, uti quidquid evenerit, præcipuè circa peccatorum conversiones, reconciliationes, iniuriarum remissiones, Congregationum erectiones, ceteraque similia, per quæ

D 3

ad

ad maiorem Domini gloriam Missiones illustrantur . Ad hoc autem efficiendum , externarum præsertim , & à quibus abfuerit , Missionum conscriptam notitiam habebit ab aliquo ex Fratribus , qui cum ceteris interfuerit, ad hoc per Superiorem ea vice in Secretarium designato .

V.

Inscribet funera & Anniversaria , quæ in Congregatione pro defunctorum Fratrum animabus quotannis explètur cum die, ac anno Fratrumque præsentium nota . Ejusdem etiam erit absètibz Fratris obitum per epistolam notificare , vel Superioris electionem . Perspecta insuper habebit onera Missarum , quæ nostra Cõgregatio suscepit ob varia legata, quibus adstringitur, ut adimplerionem statò tempore promoveat, & registrare curabit eorum nomina , quibus prædictarum celebratio commissã fuerit , exquirendo à

cc-

celebrantibus ipsorum propria manu
testimonium signandum in libello
peculiariter constituto .

VI.

Cùm autem plures hactenus , ad
animarum salutem proficuò procu-
randam , piorum fidelium donatio-
nes in aliquos annuos redditus ex-
creverint , ad Secretarium spectabit
petitiones ac memorialia regi-
strare , ac similiter subsidia , quæ
ad pauperes mulieres è peccatorum
vinculis exsolvendas , nostra Con-
gregatio largita fuerit .

VII.

Eidem iniungimus in libro distin-
ctas Rubricas apponere, in quarum
altera reddituum exactorum introi-
tus adnotentur , tam ex redditibus
certis nostræ Congregationi assigna-
tis,quàm ex arbitrariis Fratrum lar-
gitionibus,seù taxis, & eleemosynis.
Undè in receptione banchalium

apocharum eas in libro Introituum registrare non omittet: In altero verò notabit exitus, aut sumptus, qui fient; solutionesque fieri volumus per publicos Civitatis nostræ Bācos cum apóchis à duobus Gubernii saltem subscriptis, ac per eundem Secretarium subsignatis.

VIII.

Diligentiam adhibebit in asservandis petitionibus, ac epistolis, tùm Fratrum, & Novitiorum ingressum petentium, tùm eas, quæ Missionum causa, vel ad aliud quodlibet missæ fuerint. Suum pariter erit per schedulas obsignatas mone-
re, saltèm antè quindecim dies, eos, qui ad aliqua exercitia designati fuerint proximo tempore Missionum.

IX.

Volumus demùm, ut à numeris aditione Secretarius Inventarium conficiat de scripturis omnibus, ac
li-

libris Congregationis, de quibus ad maiorem cautelam receptionis integræ fidem in scriptis præbeat secretario priori: cùm apud ipsum omninò debeat esse Inventarium utensilium omnium nostræ Congregationis. Nec ulli scripturas aliquas, vel aliud quid ulterius commodabit, vel fidem in scriptis proferet, nì Superioris expressam prænoverit volùtatem.

C A P U T X I.

De Depositario, ac Rationali.

I.

Opus est ad animarum quandoque jacturam in pauperibus præcavendam, etiã aliquatenus temporalia custodire; Cùm, & ipse Dominus ad informandam Ecclesiam suam oculos habuisse legatur, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, aliisque indigentibus tribuens. Cong. nostra id non absimiliter one-

ris

*Beda lib.
4. c. 54. in
cap. 12. Lu-
ca idem S.
Aug. rel. in
can. 17. ha-
bebat 12. q.
1. & can.
13. expedie
12. q. 1.*

ris excipiens, aliquem hujusmodi curis destinare studuit, congruenter Depositarium, ac Rationalem appellandum : cujus erit redditus quoscunque, vel eleemosynas, seu Fratrum, taxas recolligere, & retinere, peculiariter eas adnotando. Hujusmodi autem officium, cum non exiguam expetat industriam ab ordinaria Regula sejungimus, & ab eo, cui commissum fuerit, absque nova causa, passim amoveri non judicamus.

II.

Librum habebit inscriptorum in eo nominum, qui è fratribus eleemosynas dare sponderint, cum promissionis testimonio propria manu promittentium signato, in eo autem libro quidquid receperit introitus, in alio verò peculiariter exitus, quodque Congregationi modo præscripto solutum fuerit distinctè conscribet.

Ipsi

III.

Ipsi pariter incumbet libros reddituum habere, tùm Priorem, in quo omnium eorum distincta notitia, & origo conscripta fuerit: Tùm libros alios peculiares, ubi ad unguem tùm Exitus, ac sumptus, tùm Introitus adnotentur. Apochas etiàm suo nomine subsignabit; uti de secretario statutum fuit; Ut post annum distinctè rationis epilogum Superiori, quibusque per eum datum fuerit, reddere possit.

IV.

Expensasverò, quæ fiunt, ità Superioris, aliorumque quo modo negotium pertractantium conscientia dimittimus, ut memor sit quisque redditus istos Christi Domini bona, pauperumque patrimonia fore, vel in eos eroganda, vel in sanctos alios usus expendenda, prout ab elargitoribus ipsis indicta fuere: Quare, ut res communes, & Domino oblata, cum sum-

S. Urban.
Papa in
can. res Ec-
clesia 12. q.
1.

mo

60 Reg. Congr. Apost. Mis.
mo timore, non in alios, quàm in præsa-
tos usus, sunt fideliter dispensanda:

C A P U T X I I .

De Visitatoribus Infirmorum: Ubi de pe-
ragendis in obitu Fratrum.

I.

QUAMVIS Gentiū Apostoli ver-
ba nos incessāter urgere notū
sit, hisque sæpissimè, quibus
ad mutux dilectionis excitamentum
Ad Heb. c. 13. v. 1. erudire non desinit . *Charitas*
Ad Rom. c. 12. v. 10. *fraternitatis maneat in vobis; Et chari-*
tate fraternitatis invicē diligentes ; Ea
verò stricţiùs urgebūt, ipsaq; magis e-
lucescet, cum Fratres languorum ne-
1. Thess. c. 5. v. 14. cessitate gravantur . *Rogamus autem*
vos, Fratres, suscipite infirmos, patientes
estote ad omnes . Idque nos ad soli-
citiùs præstandum duos, pluresvè ex
nostris eligi decernimus, quibus, uti
specialibus infirmorū Visitatoribus
inerit cura perquirendi , quinām
fue-

fuerit è Fratribus infirmatus, ut eum illicò invifere, folari, eique frequenter in iis, quæ opus erunt, præstò effe valeant, ab eodem admoniti, qui dixerat . *Factus sum infirmis infirmus , ut infirmos lucrifacerem; perceptoque Divini Spiritus oraculo . Non te pigeat vifitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis .*

1. Co.
rinth. c. 9.
v. 22.

Ecd. c. 7.
v. 39.

II.

Postquàm autèm infirmum à morbi notitia immediatè vifitaverint, statim Superiori suggerent, quatenùs ille cum Affistentibus infirmum adire, femper àc opportunitas aderit, aliosque destinare, valeat: maximè fi gravis, vèl diuturna fuerit infirmitas; tunc enim, fi neceffitas urgeat, conveniet alternis vicibus infirmi domum frequentare: adeò fraterna postulante dilectione, ad Christi Domini Charitatis eximiæ typum feipfos efformantes; dùm illum ad infirmorum vifitationem fèpiffimè festinaf-

nasse legimus: cui favere putamus, si temporali aliquo subsidio infirmus coadiuvetur, dummodò pauper, & inops fuerit. Visitatores ergò vigilabunt hanc Regulam ad unguem servari: dùm potissimùm præ quolibet Congregationis nostræ munere charitas hujusmodi præcellere debeat.

III.

Cùm autē ipsoꝝ aliquē, vel adhuc Novitium, è vivis abscedere continget, tunc ii, aliivè deputati Superiorem de Fratris dormitione certiorē facient, ut ceteros accersere studeat, quatenus ejus domum adeuntes, si per opportunitatem licebit, Defunctorum Officium inibi recitēt, ipsiusque defuncti cadaver ad sepulturam usque comitentur, funus insequendo. Prima verò die non impedita, per Superiorem statuenda, vel præcedenter in Congregatione designata, Officium, ac Missa Defunctorum

fin-

singulis assistentibus celebrabitur. Præter quæ, cuilibet incūbet pro ejus anima ter Domino sacrificium offerre; iis verò, qui Sacerdotes non fuerint, ter etiàm pro defuncti suffragio sacram Communionem percipere, totque vicibus integrum Defunctorum Officiū recitare.

IV.

Quotannis etiàm pro mortuis Fratribus Anniversarium generale celebrabitur post Defunctorum omnium Commemorationem, cum solennis Missæ decantatione præsignata die horaque, ac Officii pro animabus omnium Fratrum, qui è nostræ Congregationis numero, dies suos hætenus obierunt.

C A P U T XIII.

De Sacristis.

I.

AD inferiora Congregationis ministeria quatuor ex Fratribus,

bus, vèl Tyronibus in officium Sacristarum admittimus, eadem formam cum ceteris minoribus Officialibus eligendos. Munus istorum noscimus in stirpe Levitica typicè figuratum, cum à Domino per Moysen è Sinae Sanctuarii Custodibus Levitis præceptum intonuit. *Et custodient Arcam, mensamque, & candelabrum, altaria, & vasa Sanctuarii, in quibus ministratur, & velum, cunctamque hujuscemodi supellectilem.* Iis ergò incumbet utensilia sacra servare, cum opus erit Altaria componere, necessaria præparare, ceterisque inservire, quatenus in ejusmodi functionibus visum est hætenus usurpari non fuerit.

Numer.
c. 3. v. 31.

II.

In Congressibus insupèr Sacristæ opportuniùs ad Congregationem accedent, ad locum disponendum, cunctaque præparanda. Sic etià se gerere debent Missionum tempore, tam in Civitate, quàm extrà: Verùm
fi

si peculiariter in Missionibus externis aliquis è Sacristis non intervenerit, ejus temporis Directores alicui Fratrum ibi degentium Sacristiæ curam iniungent. III.

Ipsis insinuabit Superior, vel ejus vice Assistentes, Consultores advocare, si quid extraordinarium occurret, locum Consultationi delectum indicando; Hinc etiã Fratres certiores reddere de Missionibus peragendis, vel exercitiis quibuslibet ad ejusdẽ Superioris libitum. Insupèr Sacristarum quisque partem aliquam Fratrum à Superioribus assignatam habebit, quam, necessitate cogente, convocandi curam accipiet; habito respectu deputandi eos, qui propiùs ipsorum domibus adhærent, ad id commodiùs præstandum. His autem Sacristæ sufficienter incumbere studeant. Quod si defectum aliquem perpetraverint, moneantur in primo congressu veniam postulare.

E

IV.

Cùm demùm extrà Civitatē Fratres pro Missione commorabuntur, tunc Sacristarum aliquis ad invicem suffectus quotidie Superiori assistet, vel alteri, qui Regimini præerit: hisque legitimè deficiētibus, ad onus accedet aliquis Novitiorum, quatenus Fratribus hic degentibus queant Superioris mandata notificare.

C A P U T XIV.

De Janitoribus.

I.

Addendum præfatis Janitorum Officium, quod in veteri Templo per Jojadæ Pontificis dispositionē statutum legimus; habemus namque, quod is *Constituit Janitores in portis domus Domini: Quibus eadem fuit benedictio repromissa, quæ veris excubitoribus. Beatus, qui vigilat ad fores meas quotidie, & observat ad*

*3. Paralip.
c. 23. v. 19.*

*Proverb.
c. 8. v. 34.*

po-

postes Ostii mei. Nostri igitur Janitoribus inerit congruo tempore ad Cōgregationem accedere, quatenus Januas referent in fine similiter occludendas. Congressus tempore quivis ipsorum antè januā intrinsecus aderit, vel extrinsecus tempore Consultationum; Undè Fratres advenientes quietè introducat, eosque loco decēti recumbere disponat: externos nūcios modestè cohibebit, submissa voce, quatenus decet eos alloquendo. Verum si necessitas aliud poposcerit, vel nūcium venerit à Superiore majori forsàn absenti, tunc id peragat, quod sibi prudenter visum fuerit, vel id ipsum Superioribus manifestando.

II.

In omnibus, uti opus erit, Sacristas coadiuvabunt; cū præsertim iis præceptum fuerit Fratres accersere, quotiès extrà ordinem quid consultandum, ac paritèr assistere tempore Mis-

68 *Reg. Congr. Apost. Mis-*
sionum in Civitate, in iis nimirum
Ecclesiis, ubi tales haberi statutum
fuerit .

C A P U T X V .

De Qualitatibus eorum, qui in Congre-
gationis nostræ Novitios admitti
valeant ; ac de modo eos re-
cipiendi .

I.

Opus quidem arduum aggredi-
mur , iis nimirum legē inscri-
bere, qui pro Apostolicis hisce labo-
ribus dies insumere, vires expendere
ferventi spiritu cupiunt . Præceptum
habuit Moyses à Domino, quod Aa-
ron , ac filios ejus , antequam ii ad
sacra ministeria consecrarentur , per
dies aliquot eosdem ipsi Domino si-
steret, die , ac nocte in Tabernaculo
permanfuros, ad, quid ille innueret ,
attendendum ; accedente præcepti
formula . *De ostio quoque Tabernacu-*
li

li non exhibitis septem diebus, usque ad diem, quo complebitur tempus consecrationis vestrae: die, ac nocte manebitis. in Tabernaculo observantes custodias Domini; atque adeò, quòd proximè Sacerdotalibus officiis initiandi piacularibus victimis àteà seipsos emacularent. Qui ergò ad Missionem à Domino se vocatum senserit, eidem negotium hoc enixè commendabit, ut se dignum efficiat, matura cogitatione præmissa; adhibito pariter prudentum virorum consilio. Quibus omnibus accuratè perpèsis, vocationem suam alicui Fratrum nostrorum aperiet.

Levit. cap. 8. v. 33. & 35.

Ibid. av. 3.

II.

Illud igitur ingressum exoptantibus excogitandum proponetur, se tanquàm Aaron à Domino seligendos: sicùt enim ille cum filiis ejus *de medio filiorum Israel* evocatus fuit, sic ab iis omni terreno respectu posthabito, solius Dei gloriam prospectui

Exod. cap. 28. v. 1. Num. cap. 8. v. 14.

*Leuit. c. 9.
v. 15.*

*D. Dionys.
Arcop. lib.
de Caeleſt.
Hierarch.
cap. 3.*

*Salvian.
lib. 2. ad
Eccl. Ca-
tholic.*

*Trid. ſeſ.
25. c. 1. De
reſer.*

habendam eſſe, & ad expeditius Vi-
tæ Clericalis, ipſumque Sanctuarii
pondus alacrius inſumendum à Do-
mino invitari, quòd eſt in animarum
ſalutis Congregationis noſtræ opus
diviniſſimum introire, ipſi Deo per
iſta cooperando. Audiant proinde,
quod, *Assumptio religioſi nominis ſpō-
ſio eſt devotionis*; illudque mente ſe-
riò revoluant; quod hæc ministeria,
dum ſuſcipere cupiunt, *quæ ſua futu-
ræ ſint partes agnoſcere debeant*; eadē-
que per Sanctam Tridentinam Syno-
dum altioribus Prælatiſ inſinuata,
ſibi pariſormiter intonari percipiant;
ſe nimirum, *non ad propria commoda,
ſed ad labores, & ſolicitudines pro Dei
gloria vocatos eſſe intelligant.*

III.

Conditiones ad Cōgregationē ur-
geri ſe videntium ejus ordinis erunt.
Primò quidē, quod ſint Clericali
tonſura ſaltem initiati, quod Eccle-
ſiaſtico ſpiritu præditi, honeſtiſ nata-
libus

libus , sufficienti doctrina , necessariaque idoneitate pro Cōgregationis nostræ functionibus aptè percurrentibus; tamèn accuratè quærendum , an sint externè compositi, ad opus Congregationis proficui , ac morigerati pateant . Non enim singulariter *ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus.* Requiritur autèm , ut Missionibus externis, quibus per annum semel ad minus adstringentur, vacare possint, impedimenti legitimi vinculo non detenti :

IV.

Cavendum tamen in tali receptione, quod nequaquàm è memoria excidat , lateatque monitum illud à Domino Samueli datum, è filiis Isai Regem super Israel inuncturo . *Ne respicias vultum, neque altitudinem stature: nèc juxta intuitum hominis ego judico .* Quò factum , ut elegantioribus neglectis ipsum desupèr Da-

*8 Greg. in
Can. 3. Nos
dist. 40.*

*1. Reg. c. 16
v. 7.*

vid natu minimum, ac opere neglectiorem respexerit Dominus, & in ipsum unctio designata fuerit, audiente Propheta: *Surge, unge eum, ipse est enim*. Sic ergò Novitiorum electionem, ità rigoroso singulorum scrutinio committimus, ut præfatis nupèr conditionibus exornatos tantum recipere liceat, eosque, qui dumtaxat Dominicæ vineæ cultores optimos evadendi specimen præbeant.

V.

Postquam, his maturè discussis, decenter instructi videbuntur, eorum vocatone nonnullis Fratribus nota, cum iisdem Magistros Novitiorum adibunt, à quibus Institutum nostrum ediscent; Qui si præfatos competenter instructos agnoverint, Superiori significabunt; ut is, dùm Consultationi præhabita visum fuerit, petitionē in scriptis admitti præcipiat; ejusdem petitionis qualitate per Magistros Novitiorum disposita, qui paritèr de

.pe-

peragendis instruent; peculiariter autem, ut in aliquibus congressibus ad Congregationem accedant, ac extrà se Fratribus advenientibus obviam fiant, ut quantocyùs ab eorum personas ignorantibus agnosci valeant.

V I.

In prima verò sessione petitio pàlam enunciabitur, in scriptis postmodum Magistris Novitiorum tradenda, quatenùs hi peculiariter in scriptis recipiendorum vitam, & mores referant. Ceterisque tamen, quidquid pertinere judicabitur, per Superiorem generaliter iniungetur. Hic igitur oportebit, quod Apostolus Timotheo demandavit, de illorum qualitatibus *Testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt*, ac præcipuè de moribus, doctrina, & idoneitate, animique promptitudine. Quare, si quid adversabitur; tunc de eo certioretur Superior: Quòd si defectus reticere non poterit, gravis per Consultores adju-

*I. I. Tim. cap.
3. v. 7*

adiudicatus, tunc amplius ad Scrutinium propositus non admittetur, nè vel inutilis, ac meritis inops excipi videatur, honestis proinde excusationibus excludendus; nequandò defectus, aliòqui latentes, per hæc ignorantibus aperiri sinamus.

VII.

In Cõgregatione subsequenti petitio relegetur, ut ea vice forsàn absentes, demùm conscii fiant: elapsis ergò quindecim diebus à die primæ lectionis in pleno congressu Scrutiniũ fiet è secretis, occultisque de more suffragiis: quod si suffragiũ saltèm unicum, alteram ex medietatibus evincet, Scrutinio propositus ad Congregationis Tyrocinium ascitus connumeretur.

VIII.

Istis expletis, Magister Novitiorum admissum quemque de sui receptione commonebit, quatenus in primo congressu Congregationi præstò sit, &
ab

ab eo, socio adhibito, Novitius introducatur; In horum autem absētia ad id per Superiorem duo ex Fratribus eligentur; Qui ante Altare genuflexi post B. Virginis salutationem, Superiori pariter genuflectent, à quo circa Regularum observantiam, atq; perseverantiam Novitius aliquatenus admonebitur. Indè receptus Domino, Superioriq; gratiasaget, uti per Magistros edoctus fuerit, à quibus etiā in Congregatione statim locum accipiet.

C A P U T XVI.

De Receptione Novitiorum in Fratres.

I.

TYROCINII moram postquam Novitii sustinuerint, quæ semestris; dum ii Sacerdotes, vel in sacris erunt constituti; cū interim frequentè congressibus interfuerint, fraternis laboribus opus adiunxerint, Missio-
num

num præsertim extrà Civitatem, ad quas per annum semel ad minùs adstringentur, vel assiduè Missionibus Civitatis operam dederint, vel exercitiis Missionum Navalium, vel eorum, quæ fieri solent in Hospitio SS. Petri, & Januarii extra mœnia: nò secùs egerint legitimè distracti, cum onere tamèn impedimentum Superiori, & Assistentibus detegendi, excusatoriis litteris Cōgregationi pervenientibus, si forsàn abfuerint. Eo tempore laudabiliter persoluto Magister Novitiorum apud Superiorem instabit, quatenùs eos recipi mandet, quòd ille mox æquanimiter præstabit, si Novitii conditiones recensitas expleverint.

II.

Clericorum Tyrocinium continuabitur usquedùm ad Sacros Ordines promoti fuerint; attamèn cùm eos recipiendi supervenerit ætas, si aliquatenùs detineàtur, totum Superiori

ri manifestare tenebuntur, qui cognita validitate, vel efficacia detentionis, dilationem admittet; ac interim, ut Novitii re spiciantur: nò aliàs inspecta personæ singulari quadam prærogativa, eum citiùs ad receptionem in Fratres Superiori, Consultatione præhabita, visum fuerit, admittere.

. III.

Verificatis ergò propositis conditionibus, tam pro Sacerdotibus, quàm pro Clericis in Sacris constitutis, die per Superiorem statuta, Consultatione præmissa, ubi Magistris Novitiorum auditis, decidendum erit, an ad Scrutinium Congregationis admitteendi sint; & quatenùs affirmativè, conficiendum in primo congressu Scrutinium indicetur.

IV.

Dùm ergò Fratres propria vota singillatim dabunt, interim Novitiî seorsim educti, tantisper expectent, do-

donèc Scrutinium compleatur: Quod si suffragium unicum de more inclusivum medietatem superaverit, tunc pro receptis in Fratres habeantur. Exindè per Tyronum Magistros, alioquin in eorum absentia, in Congregationem introducti, & antè Altare genuflexi, juxta S. Matris Ecclesiæ, ac signantè Pii IV. formam, Fidei Catholicæ professionem emittent, ceteraque recitabunt, uti in precum nostrarum libello. Post quæ Superior nonnulla suggeret commendando Regularum custodiam, in profectu perseverantiam, vel quid aliud opus videbitur ad fervorem copiosius excitandum. Recenter autem admissi gratias agent. Quibus expletis, à Superiore, Assistentibus, rectaque serie à Fratribus ad osculum pacis excipiètur, iis circumcirca gradientibus, & interim alternis vocibus decantabitur Psalmus *Ecce quàm bonum*, cum Orationibus adiunctis, ut in libello conscribitur.

Ex libel.
precum pag.
10. & sequentibus.

C A-

C A P U T XVII.

De totius Congregationis Reformatione, seu Fratrum Scrutinio.

I.

A Ssuetum jam ex humana fragilitate, Apostolicis Viris nonnumquam nequitiae filios admisceri, humanosque defectus ipsos etiam Domini Comministros attingere, Mundi lucē obtenebrari, lucernā ad modium regredi, Sal Gentium infatuari. Humana fragilitate deventum, quod in quovis digesto congressu per infēsi spiritus insidias, semper nequam quid oboriri ferendum sit: Reproborum zizania, in electorum tritici medio succrescente: tunc proinde, cum Fratrum quis videatur honesti, rectique fines excedere; haud sine magno totius ordinis detrimento. Quapropter antecedenter præcavendum; priusquam vitium laicis in scādalum exeat,

*Matth. cap.
5. v. 14. &
15. ibid. v.
13.*

*Matth. cap.
13. v. 26. &
28.*

*Orig. homil.
7. In Iosue
rel. in Can.
sed illud
dist. 45.*

exeat radix mala quantocyùs præci-
denda ; nè ruinam ceteris lapsus
præbeat alienus .

II.

Opportuno , summoque conatu
Paulus Gentium Doctor erumpit .

*Ad Gal.
cap. 5. v. 12.*

*2. Thessal.
cap. 3. v. 6.
Vide etiam
ad Rom.
cap. 16. nu.
17.*

*D. Aug.
apud. Bedā
in scintil.
suo dictis
pretiosis ab
eo exceptis
68. DD.
cap. 1.*

*Utinam abstindantur , qui vos contur-
bant ; idque precationibus ferventif-
simis assequi cupiens , Denunciamus
autem, inquit, vobis Fratres, in nomine
Domini nostri Jesu Christi, ut subtraha-
tis vos ab omni Fratre ābulante inordi-
natē, & non secundum traditionem, quā
acceperunt à nobis . Quid Apostolus
expressiùs eloqui poterat? Quin tan-
te sollicitudinis causam subdidit Au-
gustinus. Nām quibus non est perfecta
charitas, cum in unum sunt, odiosi sunt,
molesti sunt, turbulenti sunt ; anxietate
sua turbant ceteros .*

III.

Quandoquidē verò juvat desi-
des cū penē timore, animadversione-
que proposita coercere : Idcirco sta-
tui-

tuimus, ut bis in anno, ac præcisè
 feria secunda post primam Domini-
 cam Quadragesimæ, ac prima feria
 secunda mensis Augusti, Consultatio
 recolligatur, in qua cum Superiore,
 & Assistentibus tot Cōsultores acce-
 dant, quoad omnes in unum, vigin-
 tiquatuor numero sint. Ubi pariter
 præfinimus talem vigintiquatuor nu-
 merum ità conficiendum; ut nimirum
 præter tresdecim ordinarios Consul-
 tores, vel in eorum defectu totidem,
 quot deerunt (quod aliàs iniunxi-
 mus) Superioris arbitrio subrogatos, *Supra. cap.*
 interesse debeant undecim pariter *s. n. 4. &*
 extraordinariè desumpti ex Fratri- *cap. 9. n. 11*
 bus antiquioribus juxtà ipsorum se-
 riem, ad hoc specialius per octiduum
 antè generaliter commonefacti.

I V.

Statuimus prætereà, ut si quid ex-
 traordinarium acciderit, propter
 quod Generale Scrutinium expecta-
 ri nequeat, tunc nimirum, cum defe-

F

ctus,

Aut, ceteroquì gravis in aliquò prò-
prium exquirit correctionem, Superior Còsultationem paritèr va-
leat convocare, modo, ac forma nu-
pèr præscriptis, ut quid expediens
fuerit, decerni quanto cyùs valeat.

V.

Præfatis verò mutuò congressis,
post Divini Spiritus invocationem,
de more, priùs ab ipso Superiores cru-
tinum incipiet, quo è suo loco sur-
gente, atque Cògregationem egres-
so, Consultores, quid in eo correctio-
ne dignum adverterint, discutient;
quod Superiore denuò suum locum
tenente, id ipsum de primo, ac de se-
cundo Assistente, ac tertio loco de Se-
cretario fiet. Quibus expletis, per
eundem Secretarium Fratrum om-
nium nostrorum singillatim nomen
enunciabitur; Quorum quis, dùm
præsens fuerit, similiter abscedet, ac
tantisper extrà morabitur, quoad,
campanulæ signo, regredi Superior
no-

notum faciet: prout in præcedentibus pariformitèr præstitit . Lectio autèm erit juxtà receptionum seriem, præciso quovis Officiorum, ac Dignitatum intuitu . In singulorum scrutinio , priùs à Secretario , quatenùs infrequentèr Exercitiis nostris, atque cōgressibus, absq; causa, accesserint, nec nè , Consultores audient . Postmodùm Admonitores de ceteris defectibus , si quinàm commissi fuerint , notitiam suggerent , ac reliqui tandèm . Quod si non unica voce sua, vota Consultores coniungent, tunc absque alia mora, per secreta suffragia decidetur : àc prætereà , dùm ex convenientibus vigintiquatuor duæ votorū partes è nigris calculis agnoscuntur, tunc Frater Scrutinio admisus è nostrorum numero deletus intelligatur . Nè autèm, cùm Consultorum quis præsens abscedet , præfixus numerus diminuatur , volumus , quod ea tantùm vice loco ipsius, vo-

tum, ac suffragium præbeat Secretarius. Quod si defectus aliquorum innotuerint, juxta defectuum levitatē, quod expediens desumendum, Consultores decernent, secretis votis, dū opus erit, perficiendum, usu scilicet concludendi, vel excludendi, cum unico voto medietatem alteram superante. Desumendum expediens erit, vel desidem admonere, vel ei aliquod mortificationis opus iniungere. Quapropter quidquid iniunctū, vel consultum fuerit Secretarius adnotabit, cujus paritèr erit Superioris nutu, quidquid expressum fuerit corrigendis, nī forsā excludendis, per epistolam notificare.

VI.

Opportuniùs autē iniungimus, ut Scrutinio singulorum expleto, præfatis diebus Cōsultatio habeatur de iis, quæ Congregationis nostræ profectum detinere noscantur, ac de variis impedimentis, vel undè abusus

non-

nonnulli succrescant, ac Regularum transgressiones exoriantur, penitus evellendis. Quibus omnibus accuratè, ac seriò perpensis, juxtà Divinæ gloriæ, atque Spiritualem Congregationis profectum, ejusque decorem, ac proximorum ædificationem, per peculiare Conclusiones, vel aliàs, rationabile, ac justum expediens discernendum præ oculis habeatur.

VII.

Illud postremò Consultores minerint, negotium hoc à Fraterna Charitate summoperè dirigendum, nè durum expediens desumant, humano quodam respectu conciti, culpa mitius agi deposcente. Caveant aliud quid Congregationis nostræ Charitati, Divinæque gloriæ non consonum sibi in mente præfigere: fructum enim admonitionis querimus, defectum eliminare, secus verò medicaminis atrocitate vulnus exacerbare potius, quàm delinire:

*D. Hieron.
inc. 4. Trê.
vel. in Can.
Reverendiss.
diff. 45.*

*Ad Gal.
cap. 6. v. 1.*

Cum Paulus nos , uti priùs Galatas ,
edocuerit , errantes priùs corrigere ,
arguere , commonere , quàm incun-
stantèr à nobis abscindere. *Fratres ,
& si praoccupatus fuerit homo in aliquo
delicto, vos, qui Spirituales estis, hujus-
modi instruite in Spiritu lenitatis.*

PARS SECUNDA.

De Missionariis Exercitiis à Fra-
tribus peragendis .

C A P U T I.

*De Exercitiis in ipsis Congregationis
Congressibus , pro temporum va-
rietate, recta methodo pe-
ragendis .*

I.



OMPERTUM satis Con-
gregatos nostros ad illum
è primordiis finem præ to-
tis viribus animum inten-
disse,

disse, ut, per hujus Instituti receptionem, privatosque congressus, priusquam proximorum salutem curam expenderent, se Ministros idoneos exhiberent, sive in Missionariis functionibus antecederent instructos: Quocirca semper eadem sub regula per varia exercitamenta Missionandi scopum attingere curavere. Ut autem is Apostolicus labor discretionem præmunitus videatur, proderit Exercitiorum rectas methodos exponere, quas à Fratribus usurpandas putamus, tum in ipsa Congregatione, tum in Missionibus, quæ secus Congregationis nostræ morem, hætenus fructuosè retentum, se gerendi assiduum documentum præ oculis habeant.

II.

Præbunt igitur ipsorum Congressuum Exercitia, quorum primum erit Cōtroversiarum nostræ Fidei collatio, ad Juvenes erudiendos pro Mis-

sionibus Infidelium ; quatenus hic hostem fingentes discât alibi rectius jaculari; In ea duo Præfecti, semestrem laborem inter se dividentes, pro munere habebunt materiam aliquam è Theologia Controversistica secernere, Catholicum dogma propugnantibus hæreticis exponendo: Ubi edisserent ejusdem veritatis auctoritatem, quantumcumque secus allatrèt hæretici, quovè modo eorum obiectiones diluâtur; proposita firma, universalique Fidei Catholicæ veritate.

III.

Pariformitèr duo Præfecti Moralis Theologiæ adeò discursum instituent, ut ad Confessariorum instructionem, potiores ejus materiæ difficultates edisserant, ac præsertim circa casus in Missionibus accidentes, quomodonè resolvendi. Ordo erit, ut Præfectus dubiâ rê, rationeque dubitandi proponat cum ejus dilutione, quâ cuique liceat impugnare, donèc
ipse-

ipsemet iteratā reddiderit solutionē.

IV.

Accedet Sermo *ad Populū* per horā dimidium, qualem productiorem expetunt Missiones. Argumentum erit morale, & peccatorum statui concinnatum; præcisīs omnibus excultæ, fucatæque dictionis ornamentis, adeoūt ad exemplum Apostoli. *Quæ, & loquimur, non indoctis humana Sapientia verbis; sed in doctrina Spiritus: quatenus ex his assuescant in posterum graviter, ac solidè sermocinari.*

1. Corin. 2. v. 13.

V.

Quandoque sermonis vice (sicūt alibi diximus) fiet instructio Cathedistica, velūt ea, quæ in Missionibus fieri debet circa Fidei nostræ credenda, vel agenda, ad nostrorum doctrinam paritèr alumnorum; vel ejus loco *Meditatio*, vel etiā *ad Sacerdotes* discursus, modo, quo pro Sacerdotibus Exercitia Spiritualia peragi solent: de quorum omnium distin-

Part. 1. cap. 2.

stinctori methodo redibit Instru-
ctio, cùm de Exercitiis tempore
Missionum.

VI.

Ad fervorẽ nonnunquàm nostrorũ
studiosius confovendum, statuimus
paritèr, ut aliquando fiat exhortatio
peculiaris ab aliquo ex provectiori-
bus antecedentèr deputato, cujus fi-
nis erit promiscuè commonere, &
quò clariùs ostendere, quinàm Spi-
ritualis progressus ad Instituti nostri
dignitatem desideretur, ejusque, quã
gravis necessitas ad virtutes condi-
gnas adipiscendas, aut defectus ali-
quos ipsorum Fratrum, vel in ipsa
Congregatione præcavendos, ac di-
ligentiùs extirpandos.

CA-

C A P U T. II.

De Exercitiis preparatoriis ad Missionem annualem Civitatis Neapolitanæ.

I.

CUM ex usu hætenus iterato ab Eminentiſſimis Archiepiſcopis imbecillitatem noſtram ad opus, tam excelſum, Domino ſuis favoribus erigente, Congregationi noſtræ commiſſum fuerit, in hac præclariffima Diœceſi Miſſiones haberi, præcipuè quidè in ipſa Civitate quotannis, ac ſepè frequentius, ad populum ſeculeribus expiandum, Sacerdotali hac luſtratione ſolenni, nos in Gentium Apoſtolum, tanquàm in ſpeculum, proſpicientes, cujus in Aſia Miſſionarios labores Apoſtolorum Acta connumerant, nihil eidem populo opus eſt tunc *utilium* ſubtrahamus, *Apoſtolorum cap. 20. v. 10. 21.* quominus annunciemus omnibus, & do-

doceamus publicè, & per domos testificantes peccatoribus in Deum pœnitentiam, & Fidem in Dominum nostrũ Jesũ Christum: Cum, ergò in hac prægrandi Civitate circa Missionandi methodum nōnulla sint peculiariter adhibenda, quę in aliis parump̃er poterunt Civitatibus usurpari, hinc omnia, quę adhuc in praxi traducta sunt, in præsentī recensere non omittemus.

II.

Dũ ergò visum fuerit quotannis Missionem institui, tũc primò initiũ dabunt Exercitia Spiritualia nostrę Congregationis per octo dies continuanda, quibus Clerus indiscriminatus vocabitur, loco Congregationis disposito, vel alibi, opportunitate cogente. Deputabitur ad ea Sacerdos ex nostris doctrina, pietateque provectior. Argumentum erit per singula Exercitia de his, quę ad statum Clericalem accuratè servandũ, perti-

inent; Sermoque passim habendus,
de Sacerdotali dignitate, de vocatio-
ne ad statum adeo præcellentem, de
bonorum operum exemplo laicis
præbendo: De Castitate custodienda;
Scientia; Perseverantia; Rerum tem-
poralium curis abiiciendis; vel de
adversantibus vitiis, à Sacris homi-
nibus præcavendis.

III.

Præcedet lectio libri alicujus pii,
& ad opus Ecclesiasticum pertinētis,
per Fratrem aliquem, Superioris ar-
bitrio deputandum, usquedum Cle-
rus conveniat. Discursus quinque
quadrantes non excedet, exordium
ferens ab Divini Numinis invoca-
tione, cum hymno *Veni Creator Spi-
ritus*, ut in precum libello. Conse-
quenter Meditatio subsequetur, insi-
nuatione aliqua, cum opus erit, utē-
do, ac puncta dividuntur duo, vel
plura secūs materiæ ubertatem, sim-
plicibus verbis proponenda. Qua-
pro-

propter efficacibus tandem exhortationibus, increpationibus, mediocrumque traditionibus. cujusvis diei **Exercitio terminus imponetur.**

IV.

Ho autem expleto, Deputatus Frater Crucifixi Imaginem deferens, atque Clerum, qui convenit, præcedens, Litanias Beatissimæ Virginis inchoabit, ceteris prosequentibus usque ad locum ritè dispositum; ubi clausis januis, ceterisque speculis, quæ lux nemini pateat, per eundem brevissimè, genuflexis adstantibus, punctum aliquod insinuabitur; quatenus ii ad se fervidiùs disciplinandum excitentur; & interim alternis vocibus decantabitur Psalmus *Miserere*, cum ceteris, ut in precum nostrarum libello.

V.

Inter hos autem Exercitiorum dies incipiet futura Missio promulgari; id autem fiet Fratribus justo numero

ro

ro bipartitis, cuique partitioni Directore, seu Præfecto per Superiorem designato, ad aliquem Suburbii prius locum convenientibus, ad quem postquam singuli destinati pervenerint, atque nox tenebrescere coeperit, ejus loci tunc Ecclesiam viciniorrem adeuntes, post brevem Orationem, Præfectus Crucifixi Domini Imaginem, nocturnasque faces gerendas disponet, ac dicto *Veni Sancte Spiritus*, Litaniâs B. Virginis inchoabit, prosequentibus ceteris, atque ad venerandum Deiparæ nomen surgentes, egredientur, Crucifixi Imagine inter laternas præcedente. Sûma singuli modestia præcisissq; colloquiis insequentur. Nè à Crucifixi Domini Imagine distare contingat, omninò vitandum: quorum inobservantia Superiori per Præfectos notificabitur. Cùm autem ad locum aliquem populis refertum accesserint, sistere Præfectus innuet, in-

indè cantiuncula decantabitur tono Missionis demisso, tùm Fratri ex comitantibus iniunger breviter, desumpto ex cantiunculæ versibus argumento, efficacibus verbis alloqui. Advertat insupèr Præfectus, nè processiones istas nocturnas faminae subsequantur; eas adhortando, nè potiùs increpando, nè unquam domum, tunc temporis, egrediantur.

VI.

Sermo quadrantem medium nullatenùs excedet, efficaciora continens incentiva ad veritatis lucem in peccatorum mentes, nocturnis ipsis tenebris obscuriores, ut Dominus adiuverit, inuehendam. Hæc autèm ad eum finem passim adhiberi volumus, ut concinnè fiat ad Missionis Ecclesiam invitatio; notificando diè inceptionis, ipsiusque durationem, Indulgentias, Facultates, ac ea singula, quæ ad hunc finem spectare, Super-

perior judicaverit. Desinet sermocinans, cum idipsum Præfectus cum campanula significabit.

VII.

Si autem frequens non erit locus, tunc Præfectus poterit illuc Fratrem aliquem cum socio destinare, qui aliqua brevissimè, facto prius campanulæ signo, nuntiabit de futuræ Missionis Indulgentiis, ac Spiritualibus gratiis in ea perlucrandis: Vel fieri poterit, quod Frater sermoni deputatus prius alicubi loqui cœperit, ceteros præveniando Crucifixi Imaginem insequentes, è cuius aspectu, signo Directoris audito, sermoni finem imponat. Hæc autem, si videbitur, per plures noctes continuentur, quò fiat, ut suburbia, & Civitas, nè totaliter, saltè summarie percurratur. Volumus tamèn, quod in iis Præfecti cauti se gerant, nè gressum præ sermonum pluralitate protrahant usquedùm audiri commodè

G ne-

nequeant. In fine prosequantibus Fratribus, ceterisque genuflexis, prope vicinioris Ecclesiæ fores, Director, vel Frater aliquis per eum Deputatus, verbis concernentibus ac opportunis cum Crucifixi Imagine benedictionem impartiat, singulis ad suam domum proficiscentibus. Exercitiis autem huiusmodi Superior ob temporis inconstantiam, ac rigorem nonnunquam poterit dispensare.

VIII.

Conveniet prætereà in postremo Cōgregationis congressu per Secretarium enunciari munera Missionis tempore cuique per Superiores præfixita, quorum indè notam, seu schedulam in loco aliquo patenti Secretarius apponet, ac in ea singulos inscriptos, quinam primùm observatiæ præsidebunt, (erunt enim hi, duo ex prudentioribus Fratribus in quacunque Missionis deputati, tanquam Superioris, & Assistentium vice pro

Re-

Regularū, observantia Præfecti) Quis-
vè fuerit Vespertino sermoni depu-
tatus, vel Instructioni, ac Meditatio-
ni, qui Matutinis concionibus, qui
singillatim Rosariis, ac sermonibus
in publicis plateis per diem, qui vè
demum operibus hisce diurnis, vel
nocturnis tanquàm Præfecti designa-
ti fuerint; de quorum officio capite
sequenti sermonem distinctum habe-
bimus.

C A P U T . I I I . .

De Officiis Præfectorum tempore Missionis.

I.

Hic autem incidenter quatuor,
sivè pluribus ex Fratribus Mis-
sionis tempore Præfectorum Officiū
præsignamus, tūm duobus Nocturnis,
qui functionibus de nocte perficien-
dis præsent, tūm duobus diurnis pro
publicis pomeridiano tempore con-

cionibus. Istis onus incumbet, præter ea, quæ Capite superiore diximus ad numerum 5. 6. & 7. Imagines Crucifixi, nocturnasque faces congruè cōcinnatas, & campanulas plures diligentes parare: Ipsique sermones disponent, quo loco, à quo, quantum protendi, vel similiter. Quod si ad functiones aliquas diurnas assignatos forsàn abesse liceat, tunc id ipsum Præfecti supplere debebunt, nè potius alium subrogare, Superioris accedente facultate.

II.

Cùm à sermone parumpèr continuato desistere videbitur, tunc. ii sermocinanti propinquâtes signum dabunt, cui obtemperare necessarium erit: discursus interim restringendus, nè unquàm excedatur spatii destinati mora. Verùm, si Præfectus ipse sermonem habebit, tunc adstantium ex nostris antiquior signum dabit.

III.

III.

Advertent Concionantibus insinuare, nè ad quid peculiare deveniāt, sive locutionibus ultrà modum asperis utantur. Vndè potius, juxtà doctrinam Apostoli, *Sermo semper in gratia sale sit conditus, ut sciant quomodo oporteat unicuique respondere.* Ad Colos. cap. 4. v. 6. Finis enim est peccatores, nè quidèm exacerbare, sed emolli re, & ad poenitentia decentibus mediis incitare: Quod etiam in singulis exercitiis cavendū erit. Præfecti demùm ea singillatim perficient, quæ sunt in istis diversimodè statuta, & quæ acciderint, Superiori notificare, non omittent.

C A P U T IV.

De Praxi Missionum in Civitate, vel Diacesi Neapolitana fieri consuetarum.

I.

I Ndicta die, ferè semper sabbati, cò loci Fratres omnes conveniēt

G 3

ubi

ubi Missio fiet, donèc hora congrua
singuli per ordinem dispositi, juxta
seriem receptionis cujusque, per Se-
cretarium evocati, Vexillifero præ-
cedente, ceterisque binis, ac subse-
quente Crucifixi Imagine per Superi-
orem delata inter duos Assistentes
Ecclesiam egrediantur, vias aliquas
Ecclesiam propè frequentiores cir-
cumeunt. In tribus, vel quatuor lo-
cis, ut visum fuerit, ipse Superior,
duoque Assistentes, vel eorum vice
Fratres alii deputati, sejungentur,
sermones ad populum habituri, aliis
interim progredientibus, relictâ sin-
gulis prædictorum Crucifixi Imagi-
ne cum ex Fratribus aliquot. Hi po-
pulum excitabunt, exhortando, ut
quantocyus ad Ecclesiam properet,
ubi Missionis initium aderit; propo-
sito fructu per Indulgentias, atque
facultates ad hunc finem à nostris
Missionariis impetratas. In sermo-
num fine singuli auditores compell-
lent,

lent, sociis coadiuvantibus, ut Dominum præeuntem usque ad Ecclesiam sequi non pigeat.

II.

Cum autem processio Ecclesiam ingreditur, tunc Frater vespertinae Cōcioni deputatus suggestū ascēdet. Idem verò in fine sermonis exercitia sequentibus diebus peragenda, cum horarum distributione, notificabit. Post hæc dabitur benedictio cum SS. Sacramēto in Altari atēcedentē ad Concionem exposito: quæ usque ad Missionis diem ultimum continuari debebunt; In eaque post diurnum sermonem Concionator intelligibili voce, ceteris prosequētibz, intonabit pro gratiarum actione Hymnū *Te Deum laudamus, &c.*

III.

Singulorum dierum Exercitia ortum ducent ab Oratione mentali; secus horam verò tardio rem erit sermo: spatium quidē interceptum

Communionibus dabitur, Missarumque celebrationibus. Vespertinis initium dabit Christianæ Cathedris explanatio; Sejuncto autem in loco Clerus recolligetur ad Exercitia Spiritualia: Pueri in fidei rudimentis instruentur; Post vespertinam verò Concionem ad se disciplinandum populus evocabitur: Quatenus ad hæc omnia commodum fuerit. Accedet Rosarii Beatissimæ Virginis decantatio: quæ omnia vespertina Concilio subsequetur, cum iis, quæ nupèr diximus.

IV.

Post Rosarii principium Præfetti diurni cum Fratribus præsignatis ab Ecclesia processionaliter procedent, quousque ad locum aliquem deveniant Concioni congruum: ubi tres, vel plures ad Præfectorum dispositionem populo collecto sermonem breviter habebunt; quatenus audientes relictis inutilibus curis ad Ecclesiam

siam divertant sub Crucis Dominicę vexillo; atque potissimùm de Missio-
nis favoribus certioventur .

C A P U T V.

*De Premeditandis antequàm Fratres
ad Externas Missiones egre-
diantur.*

I.

Charitatis amplitudo domesticis
finibus coarctari nō substinens,
ulteriùsexcogitavit, nedùm suorū ne-
cessitatibus occurrere, verùm alienas
propriis laboribus exquirere . Undè
ad animarum salutem, ipsiusque Di-
vinæ Gloriæ finem Institutum nostrū
præ ceteris habuit, ut ad eum, quo e-
vocarentur locum, statim Fratres ac-
cederent : nī quid adversari suis Re-
ctoribus visum fuerit. Ad iter autèm
incundum , æumnarum recogitatio
potiùs excitabit fatagentes Divini
Redemptoris vestigia prosequi qui,

va-

*Matth. cap.
9. v. 35.**Hier. cap.
16. v. 16.*

variis cōfectus angustiis elaboravit ,
ad extremum usque spiritum in Cru-
cis patibulo depromendum . Circui-
bat *Jesus omnes Civitates , & Castella*
docens in synagogis eorum , & prædicans
Evangelium Regni : id enim prosequen-
tes , erimus , de quibus dictum Ecce
ego mittam piscatores multos , dicit Do-
minus , & piscabuntur eos : & post hæc
mittam eis multos venatores , & vena-
buntur eos de omni monte , & de omni
colle , & de cavernis petrarum . Ut au-
tem hæ Missiones pari pietate , ac
prudencia dirigantur , aliqua in præ-
senti opus erit præmittere .

II.

Cum ad Missiones egredi dispo-
suerint , antè satagendum , nil posse
præmeditari , priusquam Congrega-
tioni petitio venerit ab Universita-
tum ipsarum Rectoribus , Dominisq;
temporalibus locorum subscribenda,
Ordinarii loci accedēte licentia , vel
præcognita volūtate , à quò volumus ,
ut

ut antè discessum Fratribus pro tali Missionè destinatis , aut destinandis necessaria facultas tribuatur in scriptis Congregationi transmittenda , vel saltem orètenus data Superiori , vel alicui Fratrum antiquiorum : Ea tamèn erit , absolvendi ab omnibus Casibus , & Censuris ipsis Episcopis , ac Ordinariis , tam de jure , quàm aliàs quomodolibet reservatis , vota commutandi , ac insupèr in foro conscientiæ , & in Sacramentali Confessione , absolvendi paritèr , & dispensandi super iis omnibus , in quibus iidem Ordinarii possunt : Similitèr etiàm ea omnia peragendi , quæ fieri solent more solito nostræ Congregationis .

III.

His omnibus ex ordine præscripto receptis , Congregatio Episcopis , & Ordinariis vocantibus rescribet , eos certiorando quatenus obsequentèr parere disposuerit , vel
for-

forsàn , Consultatione præhabita, quidquid ea decreverit , seorsim notificabitur. Universitatibus etiàm rescribet, iisq; omnibus , qui Missionem expetiere; Quibus Congregatio Institutum suum aperiet, eos nō gravandi super nostrorum victu, ceterisq; suo proprio inevitabiliter sumptu perficiendis: verbis illis parumpèr utendo, quibus Apostolus Corinthū proficiscens, ad eos in fide, ac virtutibus instruendos, rescribere voluit. *Ecc*

tertio hoc paratus sum venire ad vos , & non ero gravis vobis. Excipiendam dumtaxat, ostendent, Domum Ecclesiæ propinquiorem, vel quid aliud ex re domestica necessarium.

2. Corintb.
c. 13. v. 14.

Vt infra
cap. 7. n. 6.
huius part.
2.

I V.

Cùm primùm Congressus habebitur , nìurgens occasio postulaverit , ut Consultores propriis accersendi fuerint, de talis loci Missionē consultabitur , quam si fieri congruum videbitur , tunc in Congregatione sequen-

quenti publicè proferetur, ut se oneri paratos exhibeant. Quod si Fratrum erit major numerus, quàm loci conditio quæsierit, poterit Superior sufficientes ea vice deligere, aliosque ad proximas Missiones destinare; ut in hac Domini cultura cuique collaborandi meritum non desit.

V.

Occurrente, quod Missionis locus supra, diurnum iter absit, tunc unico tractu poterit Superior tot, quot sufficiet, deputare, quoad alios majori cū difficultate transmittere, necessitas non poscat. Verùm, si loci ratio plures quæsierit, Superior, vel quis alius ejus officium sustinens, ab Missionis Directore certior factus, alios mittere curabit. Sin autem ad locū modicè distantem proficiscentur, tunc, vel frequens fuerit, vel exiguus populus, Fratres plures, quàm sex non accedet, quorum Director illicò notum faciet, quòt iterum adjungendos cupiat.

VI.

Advertat insupèr nemo Missioni se ingerere, vel ad eam proficisci Superiore invito, vel ignorante; neque solum ad quemvis alium locum causa Missionis incedere, vel cum aliis Cōgregationi nostræ non adscriptis, vel potius alienæ Congregationis nostri paritèr Instituti, absque Superioris expressa licentia. Quòd si causa exigente, Superior annuerit, per id autè nullo modo permittimus pro quibuscumque Spiritualibus Exercitiis elargitas nobis Indulgentias, ac facultates quascumque publicare, iisdemq; uti; quod rigoroſè præcipimus observandū; sicq; trāsgressores judicamus fore, penis etiam ad arbitrium Superioris, coercendos. VII.

Cum jam externæ Missioni destinatis, si Officiales Ordinarii commigrare non poterunt, Superior sufficiet, alterum, qui ad ejusdem Superioris electionem, & qualis eidem
ido-

idoneus videbitur, etiam si ex destinatis, sive destinandis antiquior non sit, Directoris officiū sustineat, qui de curam excipiet Regularum observatiæ studere, & opportuna disponere; alterum verò sub OEconomii titulo, qui, si fieri potest, alios in discendo præveniet necessaria secum ferendo; hic Domum disponet juxta locorum qualitatem. Cum autem æquum non foret ipsum omninò *derelinquere Verbum Dei, & ministrare mensis* Art. cap. 6. v. 2. idcirco pro domesticis, & inferioribus curis ei ministrū aliquem laicū, necessitate cogente, adjungendum duximus. Laicus hic sufficienter expertus OEconomus ministrabit, atque famulabitur, præcipuè circa quotidiani victus præparationem; Domum egressus modestè se geret, mulierum colloquia declinabit; idq; præ animo habeat, ut Fratribus deserviens, in eorum dignissimos labores pro suo modulo valeat introire.

VIII.

Præterea Superior antè profectum, Consultatione præmissa, cujusq; munera distribuet, perficienda quidè tempore Missionis, præter sermones publicos viarum antè faciem loci destinandis à Præfectis diurnis, ac *Supra c. 3.* nocturnis; Quorum officium supra distinximus. Distribuet ergò singulorū functionum dies; quorum omnium notam in schedula Secretarius excribet, in Missionum domibus exponenda. Poterit etiā Superior id oneris omninò Directoribus dimittere, peculiariter admonendo, ut in Missionibus passim exigui nominis exercentur singuli, qui ad functionum inæqualitatem, aliàs putabuntur idonei.

CA-

C A P U T VI.

De Praxi Missionum Externarum.

I.

Postquam ad Missionem egredi
statutum fuerit, dies abscessus
profectus indicabitur, ac locus ubi
convenire debeant. Singulis ergò di-
ligenter expensis, iter assumendum
à devota recitatione Itinerarii Cle-
ricorum, quod subsequetur Lita-
niarum B. V. ac Mariani Psalterii,
vel tertiæ partis recitatio, post
quæ vicissim loqui poterunt de
perplexiori aliquo Divinæ scripturæ
loco, vel Theologiæ Moralis, vel de
re aliqua Spirituali, vel indifferenti:
si de mane profectio erit, tunc singu-
li à Missarum celebrationibus prius
expediantur, quatenus eodem tem-
pore, ac loco convenire valeant.

II.

Ad Missionis locum deventi, si Di-

H

re-

rectori visum fuerit, omnes processionaliter ingredientur: petita prius per duos ad minus ex Fratribus ab Ordinario loci, quatenus ibi commoretur, vel dum per transitum licebit, benedictione. Quod si hæc servari nequeant, omnes ad assignatam domum divertent; ubi parumpèr quiescere poterunt, quousq; tempus fuerit ad Ecclesiam accedendi, è qua post brevem Orationem processionaliter egredientur, vias frequentiores discurrentes, modo quo de Neapolitana Missione dictum est, Regionis experto præeunte: sermones in viis itidem habebuntur, ut Populus ad Ecclesiam recolligatur, undè Concioni vespertinæ valeat interesse, post quā ab alio ex Fratribus in loco remotiori ad se disciplinandum adducetur, modo, quo in simili diximus pro Exercitiis Clericorum.

*Sup. cap. 4.
n. 1.*

*Sup. cap. 2.
94*

III.

Concionis vespertinæ tempore,
vel

vel uti, & ubi opportunius erit, nostræ Congregationis per Directorem deputati pueros, ac puellas secus Ecclesiam evocabunt, quos in loco ab Ecclesia disjuncto, nè Concionatori fastidio sint, in Fidei nostræ, Christianæque Doctrinæ rudimentis instruunt, ac præsertim de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, quæ recipere debebunt die per Superiorem, vel Directorem statuenda.

I V.

Horam circiter vigesimam quartam reiterabitur Exercitium de more nocturni temporis, ut in Missione Neapolitana. Egredientur tamèn ^{Sup. cap. 2. n. 5. 6. & 7.} omnes primavice, si Directori videbitur, aliis verò noctibus labor alternativè succedet, Fratribus bifariam suppetendis. Circà distributionē sermonum in loci facie Superiore, vel Directore deficientibus, Præfecti nocturni munus erit. AEquum proinde putamus, quod Frater disciplinanti-

bus assistere deputatus possit ab eo serotino ministerio subtrahi; nè dū is foret expectandus, hora præfixa labatur; similiter etiā domi quiescēt proximo luccscenti die publicis aliquibus functionibus vacaturi, ut seritè disponant; etiā si aliàs provecti, vel sufficientis experimenti fuerint.

V.

Domum regressi, Nocturnas alternatim, ac Matutinas horas recitabūt, ut publicis diei functionibus expeditiores reddātur; reliquis tamèn diurnis Horis, vel etiām privatim recitādis, dari poterit spatium, quod prōptius erit. Quod si hora statuta pro Matutinis precibus commodum non erit regredi, tūc antiquior ex iis, qui domi fuerint, dummodò socius adsit, eas hora consueta recitare non omitet. Si verò inter hæc Fratres redierint, tūc ii privatim recitare poterunt recreationis, vel alio opportuniore tempore.

VI.

VI.

Dùm verò Magnates, aliæque personæ graves ad nostros, Exercitiorum communium tempore, visendi gratia venerint, tunc ea nequidè intermitteri volumus, sed unus, vel duo ad eos honestè retinendos, & alloquendos per Superiorem expedientur.

VII.

Post Officii Divini serotinā recitationem, Director, seu Superior brevè collationem instituet circa defectus admissos à Fratribus, si qui per diem occurrerint; de iis Fratres admonendo. Ubi se priùs genuflexi singuli accusabunt, quibus poenitentiam aliquam Director injunget. Ipse autè postremò antè antiquiorem ex præsentibus similiter, quod singuli priùs, paritèr peraget; quæ omnia terminabit Director precibus *Tu autè Domine miserere nobis R. Deo gratias*. Indè dabitur coenæ signum,

H 3

bc-

benedictione, consueto more, peracta;
 lectio parabitur, prius de Sacra Scri-
 ptura, deinde libri alicujus pii ab ali-
 quo ex deputatis, vel potius vicissim:
 quibus ex causa dispensari aliquan-
 dò poterit ad Superioris arbitrium;
 Quod si loqui permittatur, fiat voce
 demissa, quæ vocis mediocritas usur-
 panda erit, etiàm quotiès domi re-
 cumbent. Inhibemus quippè voces
 altiores, vel disputationes nimis fer-
 vidas, ad præcavendam externorum
 admirationem; quod frequentius, ac
 strictius in via, & in Ecclesiis servan-
 dum continget; cùm debeamus præ-
 cipuè Missionum tempore, fidelibus
 prodesse prius exemplo, quàm verbo.

VIII.

Coenantibus inservient duo singu-
 lis vicibus per Directorem deputati,
 recipiendo videlicèt de manu laici
 fercula singulorū disposita, quatenùs
 ejus etiàm commerciū evitetur; Qui-
 bus Superior, seu Director prima vice
 nor-

normam, ac exemplum præbere debet. Completâ cœnâ, hora circiter modestæ recreationi, spiritusque laxationi dabitur. Postea signum erit examinis conscientiæ, & immediatè ad recumbendum, præcis quibuscunque peculiaribus orationibus, lectionibus, ac studiis, ad hoc, ut congruâ quietem sollicitius insequantur diei proxime functiones: nec manè in surgendo quis alios audeat exturbare; vel antè horam præfixam, signo Directoris minimè audito, nisi aliàs præcisè licitum foret.

I X.

Primum ab hora surgendi exercitium erit Oratio mentalis per mediam saltè horam, ad quam singuli, dato signo, convenient; Quod si tunc temporis nunciatum fuerit, jam in Ecclesia numerosè Populum convenisse, Director poterit Fratrem priori Exercitio destinatum dimittere. Post Orationem cuncti ad Eccle-

H 4

siam

fiam accedent; ea tamèn modestia, externaque compositione, quæ ab actionibus istis exposcitur; quod pariformitèr observandũ, quotiès exire cõtinget, vel ad Cõfessiones excipièdas, Inimicos reconciliandos, vel ad quid aliud agendum, præcedente tamèn Directoris voluntate.

X.

Cùm ad Ecclesiam venerint, ad Confessiones audiendas festinabunt, usquè ad Meditationis finem, post quam successivè Sacrosancta Missarũ sacrificia perficient: ad ea ministerio Clericorum nostræ Congregationis vocati, desinere valentes, statim assurgent. Opus tamèn erit Superiorem in his prævenire, quatenus expeditior fiat ad sui muneris partes, singulavè disponenda, maximè ad Exercitiorũ horas prævidendas, ope clepsydræ, vel Horologii perscrutatione, atque ad Fratres destinatos accersiri curandum, vel terminan-

nandi signum in Exercitiis paritèr ostendendum .

XI.

Horam discedendi Fratribus notam fieri Director curabit, cui omnes præstò esse volumus ; nì forsàn aliquantulum morari licebit ad Confessiones inceptas expediendas, nec ultrà progredientur . Expediti verò Socios expectabunt, singulisque binis Domum reversis, prandii signum dabitur, in quo circà cœnam præscripta ferventur .

XII.

Quoniàm autèm iniuriarū remissio, in iis potissimùm, qui nullatenùs Divini præcepti memores, in proximum ultionis pœnas exposcunt, maximi est fructus, qui præcipuè in Missionibus expetitur . Idcirco retinendum duximus, quod in iis Director, aliquem ex nostris prudentia, discretionisque præditum, atque huic muneri magis idoneū destinare valeat ;
cu-

cujus erit apud incolas loci inimicitarum origines, statum, inimicosque sciscitari; iisque cognitis, inimicos, ac infensos secretè, ac separatim adire, benignitè alloqui; ac utraq; parte disposita, dummodò iisdem libuerit, notam vespertino Concionatori dabit, ut eos in fine Concionis advocet, & ad aliorum exemplum, & ædificationis Christianæ fructum, antè Crucifixi Imaginem publicè amplexari, aliaque reconciliationis officia peragere nitatur. Si autèm id publicè perficere renuant, secretè, quovè magis lubet, modo, ac loco fieri dimittat. Hæc autèm nullatenùs fiant, donèc omninò res ex omni parte disposita, ac digesta sit, ac uterque, tam nimirum offensor, quàm offensus, æquànimiter id ipsum expectet: nè aliàs major scandali occasio exoriat.

XIII.

Fieri demùm non potest, ut Missio-
ni-

nibus, aliisq: nostræ Congregationis
Exercitiis, certus durationis termi-
nus, ac modus præfiniatur, cum
id per Directorem, vel Superiorem
statui debeat, loci qualitate, Populi
numero, aliisque circumstantiis dili-
gentè expensis. Exercitiorum verò
singulorum durationem, ut modera-
tio justa servetur, statuendâ existimā-
tes, congruum terminum tradimus,
in sequenti Tabella prospiciendum,
quem Director ex occasione mode-
rari poterit.

*Horarum distributio ad sin-
gula Missionum Exer-
citia Matutina.*

Exercitia Tempus durationis erit.

Meditationis *Hora media.*

Soliloquiorum pro Communione

Medii saltem quadrantis.

Concionis *Trium Quadrantium.*

Ad

Ad Exercitia Vespertina.

Instructionis Cathed-
chisticę .)

Decantationis Rosarii)

B. V.)

Exercitiorum Spiritua-) *Trium Qua-*
drantium.

lium ad Clerum .)

Doctrinę Christianę)

ad puerorū instructionē)

Concionum à meridie per vias. *Unici*
Quadrantis.

Concionis Vespertinę in Ecclesia .

Quinque Quadrantium.

Discipline laicorum, vel Clericorum.

Unici quadrantis.

• Concionum Serotinarum per Vias .

Medii Quadrantis.



CA-

C A P U T VII.

*De modo se gerēdi ergā Communitates,
& locorum Dominos, cūm apud
ip̄os erit pro Missionum
Exercitiis commo-
randum.*

I.

AD Missiones vocati, sed ulò per-
spiciāt, se jām Apostolico mu-
neri devotos, Apostolorum vitam
debere, quām enixiūs æmulari. Qua-
propter *Nemini dantes ullam offensio-*
nem, ut non vituperetur ministerium
nostrum, summo studio prudentes,
modesti, religiosique externorum
oculis pateant; Chāritate quidē
præcipui, zelo salutis accensi; secūs,
laxiori vita, protinūs erit operam
perdere, vel Missionibus inhabilem
reddi, ipsarumque fructum evacuari.

2. Corinth.
c. 6. v. 3.

II.

Ad hæc valdè pertinebit se versūs
lo-

locorum Dominos, ac Episcopos præsertim, vel Ordinarios, reverentes, ac obedientes exhibere; ne quid Missionibus impediementi per Demonis fraudem suboriat. Ad locos igitur, ubi Missio accita fuit, appropinquantes, in iis cohabitationis mutue Domum talem eligant, quæ, vel alienis usibus non sublit, vel nemini detrimentum afferat; Quod si talis haberi nequeat, eam diligentiam præstare teneantur, quâ Christus Dominus prioribus Missionariis indixit, verbis illis, *In quamcunque Civitatem, aut Castellum intraveritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete, donec exeatis.*

*Matth. cap
10. v. 13*

III.

Cum verò Missionum finis alius non sit, nisi salutis fidelium cooperari, quæ ut uberioris Messis efficiantur, varientur media suppetenda, inter quæ dignissimum putatur illud, quod aliàs Christus Dominus, ac Gentium Aposto-

stolus commendarunt, nihil ab externis pro Missionum laboribus accipiendi, nec ipsum victum, ac nutrimentum: habemus namque Domini præceptum, quod ex injectæ Apostolicæ prædicationis officiis, nihil exigamus. *Gratis, inquit, accepistis, gratis date.* Exemplū adhuc patet eximiū in Paulo: is quidem, postquam sepius Corinthis obiecisset, *Ego ipse non gravavi vos, rationem subdit; Non enim quero, quæ vestra sunt, sed vos; & dum se in Evangelio Patrem ostendit, Quinimò debere, asserit, se filiis opes parare, priusquam illorum accipere. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parētes filiis; ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: Et cū usui nonnullorum non acquiesceret, causam proferens, inquit. Si alii potestatis vestrae participes sūt, quare non potuimus nos? sed non usi sumus hac potestate: sed omnia substinemus, ne quid*

Matth. cap. 10. v. 8.

2. Corinth. cap. 12. v. 13.

Ibid. v. 14. & 15.

1. Corinth. 9. a v. 12

quid offendiculum demus Evangelio Christi.

I V.

Apostolicis vestigiis adheret nostræ Cōgregationis Institutum, hætenus è primordiis retentum : Cùm id à nostris commodius præstari possit, dùm ii patrimonium saltèm habere, supponuntur, nec Incarnati Verbi voluntariæ, atque passim Apostolorum necessariæ paupertati obnoxii sint, ut omninò debeant ab aliis victum petere. Hinc alacritèr locis ipsis, in quibus Missionū causa versatus fuit, nō erubescet quisq; è Missionariis nostris cum Paulo dicere. *Gratis Evangelium Dei evangelizavi vobis; & cum essem apud vos, & agerem nulli onerosus fui, nam quod mihi decrat, suppleverunt fratres : & in omnibus sine onere me vobis servavi, & servabo.*

1. Corinth.
9. 11. v. 7.
& 9.

V.

Quod, ut manifestius notum sit, fin-

singulis nostrorum indicimus, tanquā
indispensabiliter custodiēdum: quod
in quovis Missionum tempore, ac lo-
co, nè quid, vel minimum, audeant
ab ipsis Communitatibus, seu pecu-
liaribus personis, tanquā pro expēsis,
ac victu, vel alio sub quovis prætex-
tu, accipere, sicuti, nec ipsas pro Mis-
sis celebrandis eleemosynas, admit-
tentes tantummodò domum, lectos,
ac utensilia necessaria: dummodò ea
pro ipsa Missione, ejusque solo intui-
tu, per eosdem locata non tuerint.
Hæc autem inhibemus nō solum sub
pœna transgressoribus restitutionis
acceptorum, verum etiā ii se no-
scant fore de Fratrum numero ipso
facto, absque alia Consultatione, de-
lendos. Id autem fiet, quatenus om-
nibus nostræ Missioni accedentibus,
mensæ cœlestis, vitæque sempiternæ
pocula propinātes, vocibus illis into-
nemus. *Omnes sitiētes venite ad aquas.*
Venite, emite absque argento, & absque

*Mat. c. 55.
v. 1.*

I

ut

VI.

Quarè pro necessariis itinerum
expensis, vel cum redditus habebit,
Congregatio solvet, vel taxa recol-
ligetur Fratrum eleemosynis adim-
plenda, juxtà cujusvis pietatem, ac
salutis animarum zelum, quæ ad ma-
nus Depositarii perveniet. Pro victu
verò quotidiano usus invaluit Fratrum
singulos in ea Missione degentes eam
nummi quantitatem præbere, quæ sit
fatis, ut propriis expensis alantur,
per deputatum OEconomum expen-
dendam: Quò fiat, ut à nobis usurpa-
tum pateat, quod aliàs admonuit Sa-
piens. *Perde pecuniam propter fratrem,
& amicum tuum*, à Domino in ube-
riorem copiam redigendam, cum fru-
ctus Messis exceptus animas nostras
futuræ gloriæ corona dignas efficiet.

Ecl. c. 29.
v. 13.

CA-

C A P U T VIII.

*De Praxi, ac Methodo Exercitiorum,
qua sunt in ipso Missionis actu
perficienda.*

I.

A Libi methodum , præfixi-
mus ad ipsorum Congressum
Exercitia, nunc ea demum tradenda,
quæ peragenda sunt in ipso Missionis
actu: sunt autem hæc, vel Matutinæ,
vel Vespertinæ Conciones , Me-
ditatio , Christianæ Cathecchesis
explanatio, puerorum in eadem In-
structio, Mariani Rosarii recitatio, So-
liloquia, Sermones viarum, Monita
pro disciplinantibus , Sacerdotum
Exercitia, vel similia .

II.

Cōcionis Vespertinæ qualitas erit
de novissimis discurrere . Erit exor-
dium grave , argumentum solidum ,
& efficax, rationes hæud impares ;

2. *Timoth.*
cap. 4. v. 2.
Ad Tit. c.
3. v. 15.

Epilogus continebit motus quidè
graves, ad excitandos vehementes
Contritionis, ac detestationis actus,
ex argumentorum qualitate magis,
vel minùs accensos; adjungentur in-
crepationes validæ, secùs Apostoli
præceptum. *Argue, obsecra, increpa:* vel
alibi ad Titum; *Argue cum omni im-*
perio: Nemo te contemnat.

III.

Matutinarum Concionum æqua
Methodus erit, quarum versabitur
argumentum circa veritates ad salu-
tem spectantes, ac defectus extirpan-
dos. Cùm autè Vespertinū sermo-
nem terminaverit Concionator, e
suggesto descensurus clara voce(ubi
hæc, & sequentia fieri poterunt) præ-
intonabit Psalmum *Miserere*, à Fra-
tribus prosequendum; iisque binis ad
Altare processionalitèr accedētibus,
postremò Concionator cum Imagine
Crucifixi inter duos Fratres cereos
accensos deferentes, dùm ad Al-
tare

tare pervenerit, iterum ad Cōtritionis actum fideles adstantes excitare studebit; post quē dabitur benedictio cum SS. Sacramento per Fratrem ad id antecedenter designatum.

I V.

Mane publicè proponetur Meditatio, in qua per Deputatum puncta medltanda tradentur verbis omnino simplicibus, nec ad modum cōcionis; Quæ (si videbitur) talitèr proferri poterunt, ut Meditationi detur locus, & mentem efficacius attingāt, prolataque seriò perpendi ab astantibus queant. Tractatio erit de Novissimis, quorum attēta recogitatio, quantum ad removendos defectus valeat, ex verbis illis. *Memorare novissima tua, & in aeternum nō peccabis*, per ipsius Divini Spiritus testimonium notissimè celebratur.

*Eccl. cap. 7
v. 40.*

V.

Quotidiana Cathedesis explanatio fiet circa Fidei nostræ credenda,

docendavè, ceteraque per Catholico-
cos peragenda ; uti sunt Virtutes
Theologicę, Sacramentorum notitia,
præcipuè circa Doctrinam pro Sa-
cramētis Pœnitentię, & Eucharistię
ritè suscipiendis , aliaque ad Chri-
stianam Institutionem pertinentia .
Hæc autèm quotidie id generis, Mis-
sionis tempore differenda sunt , ad
rudes instruendos, verbis vulgaribus,
methodo facili, nec nō cujusvis cap-
tui, cibum solidiorem non sustinen-
tis accomodata .

V I.

Hujus pariter ordinis erit Cathe-
chismus habendus die, quo fieri de-
bet Communio parvulorum, ac puel-
larum . Hic singularitè continebit ,
quod pueri ac puellæ per diem antè
selegantur , maximè ex iis , qui nun-
quàm confessi , vel SS. Eucharistię
Sacramentum prægustati fuerint ; &
in Ecclesia vespertinis horis discursus habebitur, quomodo ea Sacra-
men-

menta percipienda sint, quid in illis
contineatur, quid gratiæ, donorumq;
spiritualium afferant, vel similia;
presuppositâ saltêm Fidei, ac Doctri-
næ Christianæ sufficienti peritiâ: iisq;
quatenus jejuni, externèque compo-
siti in sequenti die veniant, Deputa-
tus innuet: Quod Exercitium de ma-
ne sequenti repetetur: eoque peracto
pueri, ac puellæ processionalitèr re-
cto tramite disponentur, ut ab Eccle-
sia digredientes, & vias aliquas pe-
rambulantes, Litanias, aliasque sa-
cras cantiunculas decantando, de-
mum ad eandem accedant: aderunt
circumcirca Fratres admonentes, cû
opus erit, ut modestè procedant. In
Ecclesia verò dispositis præparatio
fiet, addendo nonnulla ad eos in Di-
vinum amorem, ac præcipuè Jesu
Christi propè venientis dilectionem,
ac reverentiam excitandos. Post Cõ-
munionem de modo gratias agendi
edocebuntur, Fratre deputato hac

136 *Reg. Congr. Apost. Mis.*
omnia studiosè subministrante.

VII.

Nè autèm per diè repetita Exercitia populis aliqualitèr fastidio sint, & ut Beatissimæ Virginis auxilium præstò esse poscamus, à majoribus nostris usurpatum fuit, pomeridianis horis ejusdem Deiparæ laudes persolvere in devota, publica que Sacri Rosarii decantatione. Undè Frater singulis vicibus deputandus, priùs breviter aliqua suggeret ad excitandam B. Virginis devotionem, postea quinque Mariani Psalterii Decades unica die percurrer, singulas explicando cum brevi aliqua reflexione, ad cujusque profectum ordinata: post quarum singularum explanationem, singulæ salutationum Decades recitentur.

VIII.

Ut rudes, ad Sacrosacti Dominici corporis epulum devotè properent, seriò providendum; eos priùs brevibus

bus per interruptas morulas verbis ,
ac soliloquiis ardentioribus excitando
ad tantæ mysterii recognitionem ,
Divinæque largitatis , & recipientis
miseriæ ; quæ singula disponere va-
leant ad actus doloris , ac poenitentię
cum proposito divinas offensas ulte-
riùs præcavendi , & ad illud digniùs
accedendi .

I X.

Juvert etiam peccatores Ecclesiã
ingredi renuentes , Diaboli laqueis
irretitos , eos apud ipsas habitantium
Domos , Officinas , publicasque vias ,
& Conventicula prosequi ; Exem-
plum illud præ oculis habentes Apo-
stolorum , de quibus Divus Lucas
opportunè testatur: *Omni autem die*
non cessabant in Templo , & circa Do-
mos docentes , & evāgelizantes Christum
Jesum . Quare sermonum argumentū
brevissimum erit finem habens , pec-
catorum corda Dominicis jaculis
validè pertingentibus , transverbera-
re ,

Act. cap. 5.
num. 24.

re. Verbis apprimè ferventibus, præcisaq; qualibet ornatus pompa, simpliciter veritas aliqua proponetur, acriùs redarguendo, & increpando torporem, per quem aliò distracti, atq; ad terrena vocati, utiliora, & quæ sunt unicè necessaria negligunt: finis eorum immediatus erit, eos ad Ecclesiam invitare: prout fusiùs alibi diximus.

*Suprà cap.
4. n. 1. & 4.*

X.

De Clericorum Exercitiis latius actum est supra. Superest de disciplinantium assistentia; talibus enim exclusis pueris, ac mulieribus assistet Fratrum aliquis designatus, qui ad eam fervorosè peragendam excitabit monitis aliquibus ferventibus, ac interruptis, & propriissimè ad poenitentiam provocantibus: cùm præcedere, ac subsequi debeant orationes consuetae, prout in libello notatur. Singulorù autè Exercitiorù duratio erit, eadè, quæ supra ad calcè Capituli sexti præscribitur.

*Suprà cap.
2. n. 2. 3. &
4.*

PARS

PARS TERTIA.

De Idoneitate pro talibus Exerci-
tiis requisita, tanquàm me-
dio ad finem hætenùs
appositum .

C A P U T I.

*Qualitèr se quisque gerendus circa
proprium profectum, ut se ad alio-
rum salutem promovendam
dignum exhibeat .*

I.



Inem protulimus varia no-
stræ Cōgregationis Alum-
nis exercitamenta propo-
nendo. Nè desint ergò me-
dia ad ea perutiliter exhibenda,
in præsentì primum ducimus, ut ritè
se quis ad alienam salutem promo-
vendam accingat, proprio profectui
stu-

1. Timoth.
c. 4. v. 16.

studere, annuente Paulo, qui tanto-
perè Timotheum edocuit: *Attende ti-*
bi, & doctrina: insta in illis: hoc enim
faciens, & teipsum saluum facies, &
eos, qui te audiunt: aliaque vice Phi-

Ad Philip.
c. 2. v. 12.

lippenfes. Vestram salutem operamini:
undè Romanos redarguens, inquit,

Ad Rom.
c. 2. v. 21.

Qui ergò alium doces, teipsum non do-
ces. Optimum quidè alios ad virtu-
tem: cohortari, pessimum autè ani-
mæ suæ detrimentum nō præcavere.

Ecclesiast.
c. 29. v. 27.

Habètes ergò Divini Spiritus moni-
tum. Recupera proximum secundum
virtutem tuam, & attende tibi, nè in-
cidas: vereamur servos inutiles in

Ad Hebre-
os c. 5. v. 12.

hac Missionis Congregatione tempo-
re retributionis audire, postquàm
pro aliis dies insumerimus: Cùm de-
beretis Magistri esse propter tempus,
rursùm indigetis, ut vos doceamini, quæ
sint elementa exordii sermonum Dei, &
facti estis, quibus lacte opus sit, non so-
lido cibo; & ex ea proprii spiritus cul-
tura, succedet alienæ salutis fructus
ube-

uberior, cum scriptum sit. *Mundati sunt Sacerdotes, & Levitæ, & munda-*
verunt populum. 2. Esdra c. 12. n. 30.

II.

Ut ergò ferventius ad perfectionē
 singuli nostrorum prospiciant, suasq;
 prius tenebras expellant, *Quomodo*
enim illuminabunt alios, qui ipsi sunt
tenebris obfiti, præ omnibus orationi
 vacabūt. Ille siquidem, expertus do-
 cuit Augustinus, *Novit rectè vivere,*
qui rectè novit orare. Undè optimum
 erit peculiaritèr à manè tempus ali-
 quod meditationi rerum æternarum
 impendere; sic à vesperi paritèr tem-
 pus defectuum per diem commissio-
 rum examini designare. Ex his nam-
 què Fratrum nostrorum ad prædica-
 tionis officium animus excoletur,
 juxtà quæ Hieronymus admonuit,
Acquire verba, quæ prædices, oratione;
Quibus accedet seria recogitatio,
 quæ nam sui muneris debitæ partes:
 illud ex ore Apostolico præsertim

S. Dion.
 Arcopag.
 epist. de Be-
 nignitate.

S. August.
 humil. 4. ex
 19.

S. Hiero-
 nymo. apud
 Euseb. in
 epist. de
 ejus obitu.

au-

audientes, quod per epistolam iusserat Colossensibus. *Dicite Archippo:*

*Ad Colos.
c. 4. n. 17.*

Vide Ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Meditationem comitabitur Sacrae Scripturae pervolutatio, ac Sacri alicujus libri quotidiana lectio, de quibus præceptum nobis inest, ex ipsius Neapolitanæ Synodi Provincialis decreto.

*Syn. Prou.
Neap. sub
Mario Ca-
rafa anno
1576. c. 23.
de usura, &
hon. Cler.*

Habeant, inquit, Clerici utrumque Testamentum, & aliquot etiam spirituales libellos, prout sua cujusque facultas feret. Hoc enim fiet, ut, & potentiores reddantur in sana doctrina exhortatores, & seipsos immaculatos custodiant, juxta B. Hieronymi consilium, dicentis; Ama studia scripturarum, & carnis vitia non amabis.

III.

Ut in omnibus Divinae gloriae finem prætendant: Habentes *fructum in Sanctificationem, finem verò vitam æternam*: quidquid in eis erit, velut *hostiam viventem, Sanctam, Deo placen-*

*Ad Romā.
c. 6. n. 22.*

*Ibidem c.
22. n. 13.*

centem, ipsi Domino exhibebūt; adeo-
 ūt, si quid in fidelium cultura cōspi-
 cum gesserint, nè quidē propriis
 viribus, sed ei solum adscribent, Qui
omnia opera nostra operatus est nobis,
 illa continuò revoluentes: *Quid ha-*
bes, quod non accepisti? aliaque Regii
 Psaltis. *Qua est expectatio mea: Nonne*
Dominus? Nè in ærumnas, quas
 Joannes admonuit, incidamus. *Vi-*
dete vosmetipsos, nè perdatis, qua ope-
rati estis, sed ut mercedem plenam acci-
piatis. . Ad hæc autē necessarium
 erit virtutibus animum exornare; cū
 enim per proprii nominis contem-
 ptum, vita erit *abscondita cum Chri-*
sto, mortificatio membrorum accesserit,
 veteris hominis expoliatio, ter-
 renorum fuga, charitas excellens,
 orandi studium, vel demū *abunda-*
verit justitia, tūc sermo fructum af-
 feret, & non quasi *aerē verberans*. Un-
 dē de Missionariis nostris absque
 erit, quod aliàs audirum est obloqui.

Qua-

Isaia c. 26.
u. 12.

1. Cor. c. 4.
u. 7.

Psal. 38. u.
8.

Joan. epist.
2. u. 8.

Ad Colos.
c. 3. u. 3. &
9.

Matth. c.
5. u. 20.

1. Cor. cap.
9. u. 27. &
c. 13. u. 1.

Matth. cap
23. n. 3.

Quaecunque dixerint vobis servate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

IV.

Matth. cap
5. n. 48. Le-
vit. cap. 19.
n. 44. & c.
30. n. 7.

Ad Ephes.
cap. 4. n. 18
Luc. c. 16.
v. 10.

Trident.
sess. 22. c. 1.
de Refor.

Ad Tit. c.
1. v. 6. 8.
1. Ad Ti-
moth. c. 3.
v. 2.

Trid. loco
cit.

Dùm verò perfectioni studendum, cum dictum sit: *Estote perfecti; Sancti estote, ac implemini Spiritu Sancto*, sordes culparum, ut sit quisque *fidelis in minimo*, diluendæ. *Levia enim delicta*, uti Sâcta Tridentina Synodus imperat, *quæ in ipsis maxima essent, efugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.* Ejusmodi verò sic urgere perpendimus, cum Paulus repetitis vicibus Titum de promovendo in Presbyterū admonuerit: *Si quis, inquit, sine crimine est; itidemque Timotheum allocutus. Oportet irreprehensibilem, Sanctum, Justum esse. Quapropter sic decet vitam, moresque suos omnes componere, ut gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus, nil, nisi grave, moderatum, ac religione plenum præferant: Innocentiam, cordisque mün-*

munditiam retinere satagendo, quâ
 nos existimet homo, ut ministros Christi:
 perinde sacris Altaribus adstantes
 quotidie, consequenter per Chari-
 tatem Dei in cordibus nostris jugiter
 diffusam, & in Ecclesia sua spiritum,
 de nobis valeat affirmari, quod nos
 idoneos Dominus novi testamenti mini-
 stros effecerit.

1. Cor. c. 4.
 u. 5.

2. Cor. c. 3.
 u. 6.

C A P U T II.

*Quanam consequenter proprio profe-
 ctui necessaria quis consequi; Quæve
 sollicitius præcavere debeat.*

I.

Spiritualibus passim hominibus
 Paulus insinuat: *Modestia vestra
 nota sit omnibus hominibus, quæ simul
 ad externa diffluere debebit. Opor-
 tet enim Clericos vestes proprio con-
 gruenter Ordini semper deferre, ut per
 decentiam habitus extrinseci, morum
 honestatem intrinsecam ostendant; Ce-*

Ad Philip.
 c. 4. u. 5.
 Conc. Car-
 thag. 4. can.
 4. rat. in C.
 Cleric. dist.
 42.
 Trid. sess.
 14. de Res.
 can. 6.

K

tc-

Vide dista
Part 1. c. 7
n. 1. 2. 3. &
4.

Matth. cap
11. n. 18.

S. Hieron.
epistol. ad
Nepotian.

teraque de tonsura paritèr congruē-
ti, atque singillatim per Sacros Ca-
nones de Clericorum honestate san-
ctissimè constituta penitèr observan-
do. In vestibus nanque, quarum
usibus egemus, laicarum ineptiarum
studiositas abigenda; & quidè ip-
se Dominus tales respuit affirman-
do, *Quod, qui mollibus vestiuntur*
in domibus Regum sunt, ea ratione,
quam subdit Hieronymus, *Quia, dùm*
delicias sectamur, à Regno Celorum
retrahimur.

II.

2. Cor. c. 7.
v. 1.

Exindè Temperantiæ vigilandum,
quæ ritè docebit in utendis frugali-
tatem adjungere, superfluaque cibi,
vel potus corpori detrahere, sua
membra mortificare, mulierum fami-
liaritatem ab iisdem sacris Ecclesiæ
legibus interdictam, effuger. .
Emundantes nos ab omni inquinamento
carnis, & spiritus, perficientes sanctifi-
cationem in timore Dei: carnis itè il-
le-

lecebras respuendo, Quæ nec nomi- Ad. Epist. c. 3. n. 3.
nentur in nobis, sicut decet Sanctos: De
 iis enim agitur, quos Angelica puri- 1. Timoth. cap. 2. n. 3.
 tate fulgere opus est: nec non, uti
mediatores Dei, & hominum, de quo-
 rum singulis illud conveniet, *in tem-*
pore iracundiæ factus est reconciliatio, Eccles. cap. 4. v. 17.
 Immaculati agni victimam immo-
 landi quotidie, retinent ministe-
 rium. Hinc erunt minus quidem
 honesti motus animi cohibendi,
 vel actuum inordinatio refecanda: S. Pet. Da-
 mian lib. 4. epist. 5.
 Quare, *linguam, quæ inter Deum,*
& homines quodammodo mediatrix
est, à supervacui levitate sermonis
compefcent, eamque nullatenus jur-
giis, atque contentionibus laxent:
Servum autem Domini non oportet liti-
gare, sed mansuetum esse ad omnes,
docibilem, patientem. 2. Timoth. c. 2. v. 24.

III.

Proinde, ut hæc opportuniùs evi-
 tentur, laicorum vana commercia,
 convivia minus honesta, aliasque id

Matth. c. 6. v. 32.
Joan. c. 14. v. 16.
Act. cap. 6. v. 4.
1. Cor. c. 7. v. 32.
Blos. in Specul. Ad Tit. c. 1. v. 11.
1. Petr. cap. 5. v. 3.
 generis voluptates necessarium erit
 abscindere ; sunt enim , quæ *Gentes*
inquirunt , non autem ii , de quibus
 dicendum : *De mundo non sunt . Nos*
verò Orationi, & Ministerio Verbi in-
stantes erimus: eosque, quos Aposto-
 lus sine temporalium sollicitudine vo-
 luit , ab omnibus hujusmodi otiosis oc-
 cupationibus alienos fore conveniet :
 maximè , nè quid turpis lucri gratia
 peragant, ad hoc, ut expeditiores ad
 veri Domini famulatum reddantur ,
 nevé terrenis curis implicati propriū
2. Timoth. cap. 2. v. 4.
 onus abiiciant. *Nemo quippè militans*
Deo implicat se negotiis secularibus :
 propriissimum Domini per Aposto-
 lum præceptum audientes . Propter
2. Cor. cap. 6. v. 16. 17. 18.
quod exite de medio eorum, & separa-
mini. Quis enim consensus Templo Dei
cum Idolis ? Vos enim estis Templum
Dei vivi .

IV.

Dùm autem aliorum defectus ob-
 jurgare per officium urgemur , illud
 me-

merito recogitandum, quod asser-
bat Apostolus. *Castigo, nimirum, Cor-*
pus meum, & in servitutem redigo, ne 1. Cor. cap.
9. v. 27.
fortè cum aliis predicaverim, ipse re-
probis efficiar : ac similiter, quod
simus adeò mundanas vestes exuti,
& dum Clericalibus initiati, è Domi-
ni iugo, hæreditateq; susceptis, ad se-
cularia regredi sine periculo non
valeamus, voces cum Sponsa resumē-
tes. *Expoliavi me tunica mea, quomo-*
do induar illa? laui pedes meos, quo-
modo inquinabo illos? atquè minas
Christi Domini formidantes. Nemo
mittens manum suam ad aratram, &
respiciens retrò, aptus est Regno Dei. Cant. cap. 5.
v. 3.
Luca ca. 9.
v. 62.

V.

Inter ea tamèn, quæ, ut se alio-
rum profectui parent, consequi con-
tendent, erit scientia, & doctrina;
quibus prolixius insudandum, secus
id, quod ex Apostolo præceptore
Timotheus audiit. *Attende tibi, & do-*
ctrina, insta in illis. Ex his namque 1. Timoth.
c. 4. v. 16.

Populus Dei depascendus; Quando-
quidè Grex Populus, Pastores sunt
Sacerdotes, & ipsorum labia custodient
scientiã, ac ab ore ipsorum lex Domi-
ni requiretur. Ejusmodi tamèn sint,
ut sermocinantes utilia proferant,
quæ strictiùs obseruanda sunt ab iis,
qui dicere cum Paulo nõ audent. Pu-
to autèm, quod, & Ego spiritum Dei
habeam. Et àn experimentum quæ-
ritis ejus, qui in me loquitur Chri-
stus? Cùm ipsemet Spiritu Sancto re-
pletus, tamèn ad prædicandi studiũ
libros, ac membranas à Timotheo sibi
deferri mandarit. Disce, quid doceas,
Hieronymus ulteriùs admonet; quid
enim grex ager, dùm ipsi Pastores
ignoraverunt intelligentiam. Sint
insupèr adeò litterarum studiis oc-
cupati, quantum hisce Missionariis
operibus necessarium erit; nec diem,
opportunitate favente, præterire
sinant ab sacrarum litterarum,
aliisq; Clericalis vitæ studiis immu-
nem;

*S. Amb. l.**2. in cap. 2.**Luca Ma-**lach cap. 2.**v. 7.**1. Cor. c. 7.**v. 40.**2. Cor. c. 13.**v. 3.**2. Timoth.**c. 4. v. 13.**D. Hieron.**epist. ad**Nepotian.**Isaiac. 36.**v. 11.*

nem ; non tantum ad seipſos in ſpi-
ritu confirmandos , quàm etiam ad
materias componendas pro variis
Concionibus , ac Exercitiis , quibus
operam ſunt daturi . Pro quibus om-
nibus , vel ſingulis , aliquod tempus
designabunt à moleſtioribus animi
perturbationibus alienum ,

VI.

• Perficientur tandèm hæc omnia
nonniſi laboribus affiduis , ut ſuæ
quiſque ſaluti priùs Domino coope-
rari queat , aptuſque pro aliena Mi-
niſter , & Inſtrumentum evadat ; po-
tiſſimùm verò Divinis præſidiis inni-
tendo , quorum ope tramitem hunc
periculis , ac laboribus opertum per-
vadere non vereatur : fiducialibus
verbis utendo , *Non ego ſed gratia
Dei mecum ; ut in eo , qui nos confortat ,
ardua negligamus , aliàs enim non ſu-
mus ſufficientes cogitare aliquid à nobis ,
quæſi ex nobis , ſed ſufficientia noſtra
ex Deo eſt .* Accedentibus Virginis

1. Cor. cap.
15. v. 10.

2. Philip. c.
4. v. 13.

2. Cor. c. 3.
v. 5.

Deiparæ, ac SS. Apostolorum patro-
ciniis, quorum auspiciis tota Con-
gregatio regitur. Quapropter ean-
dem Dei Genitricem, uti verè Ma-
gistram in Apostolicis officiis, atq;
nostram, & *Apostolorum Reginam* fer-
ventius Alumnis nostris iniungimus,
exorandam, quatenus ea mediante,
digni reddamur ipsimet, omnesque,
pro quibus Congregationis nostræ
labor infumitur, ad exoptatæ salutis
portum iugiter properare.

C A P U T III.

*Quatenus quisque se circa Proximorū
salutem in Missionariis exercitiis
promovendam gerere debeat.*

I.

Congregationis nostræ prima-
rius finis, certè alius non est, ni
Missionariis laboribus *Evangelio col-*
laborare, ovesque deviantes ad veræ
salutis pascua ducere: cum autem fo-
ret

2. Timoth.
cap. 1. v. 2.

ret indignum eas voce tantummodò
 commonere, sunt adhuc illis virtu-
 tum specimina proponenda. *Cœpit*
 itaque Christus Dominus *facere, &* Alf. c. 1. m. 1.
docere. Facere profectò priùs, ut ele-
 gantiùs nobis prototypon eluceret;
 quatenùs antea fieri *lux Mundi*, quã Matth. c. 5. n. 13. 14.
Sal terræ cuperemus. Quaproptèr ad
 hunc coetum vocati, nobis ab ingres-
 su dictum audivimùs, opus esse, ut
conversatione, sermone, & scientia
commisso Dei populo præeamus. Trid. sess. 13. Decret. de Reform. Caueât
 ergò Fratres nostri offendiculum ul-
 latenùs præbere, nè pro scelerum
 curatione, scandalum ultrò magis
 offeratur. *Nihil est*, deterrent Sacri
 Concilii monitiones, *quod alias ma-* Trident. cit. sess. 22. cap. 1. de Refor.
gis ad pietatem, & Dei cultum assidue
instruat, quàm eorum vita, & exem-
plum, qui se Divino ministerio dedica-
runt: Cùm enim à rebus seculi in altio-
rem sublatis locum conspiciuntur, in eos
tanquàm speculum reliqui oculos con-
iciunt, ex iisque sumunt, quod imi-
tentur.

II.

II.

1. Cor. 6. 2.
u. 12.
Ad Rom.
6. 14. u. 19. Verùm ad proximorum, pro quibus *Christus mortuus est*, salutem procurandam, opus dirigentes, an Domestici nostri proficiant, sedulò perquirendum, nè curam negligentes ipsorum, obiurgationibus Apostoli subiiciamur. Discant igitur primùm 1. Timoth. cap. 5. u. 8. *Domui suæ præesse; Familiares verò suos,* Idem. 6. 3. u. 5. præcitatum Concilium prosequitur, Trid. sess. 2. De mod. u. in. in Cōcil. *Unusquisque instruat, & erudiat, ut vitia fugiant, & virtutes amplectantur, & in vestitu, & cultu, & omnibus actibus honestatem præferāt, sicut decet ministros ministrorum Dei.*

III.

Eccles. cap. 17. u. 12. Cùm autem unicuique mandaverit Deus de proximo suo, urgeatq; latissimè Charitatis præceptum, strictiùs tamèn eos, qui ad populorum salutem sunt specialiter constituti, curent attentissimè nostræ Congregationis Alumni, non tantùm proximorum temporalibus angustiis pre-

premi, verum potissimum zelum animarum habere, peccantes corrigendo, poenitentes cohortando, tramitem salutis prætendendo. Assuescant nullis parcere laboribus, ulla sive defatigationes pertimescere; Ea sit res in animo gravis, Paulum respiciendo; cuius ærumnas ipsemet fusiùs discipulos alloquendo, commemorat; quibus utpotè suam famem explere non valentibus, affirmare prosequitur.

2. Cor. cap.
II. v. 23.

Optabam, & ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Urgebat Apostolum Christi Charitas, eadem urgeat, & nos; illumque sectari cupiamus, Qui facit Ministros suos flammam ignis; ac veluti bonus Pastor animam suam dedit pro ouibus suis: Quapropter, & nos debemus pro fratribus animas ponere: Imitatores Dei sicut filii charissimi.

Ad Rom. c.
9. v. 3.

2. Cor. c. 5.
v. 14.

Psal. 103.
v. 4.

Ad Hebr. c.
1. v. 7.

Ioan. ca. 10.
v. 11.

1. Ioan. c. 5.
v. 16.

Ad Ephes.
cap. 5. v. 1.

IV.

Prætereà, cum in Missionibus Cōciones frequentiùs habeantur, peculiar-

liariter Fratribus nostris injungimus, ut seclusis vanis locutionibus, tunc præcipuè, cum *pauperibus* Evangelizandum Dominus destinavit, nullatenus verum animæ pabulum detrahant; in Divini Salvatoris respicientes industriam, qui dùm, *circuibat Castella in circuitu docens*, pro auditorum qualitate loquelam suam disponere satagebat; eorum hebetudinem grandioribus parabolis expellendo; interdùm adiungens, nè quem dicta laterent, *Intellexistis hæc omnia*. Nec fieri sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sicut ex Deo, coràm Deo, in Christo loquantur, nec in doctis humana sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. Adeò tamèn usurpèt utilia, ut Concionibus expletis dici queat *Misit verbum suum, & sanavit eos, & eripuit eos de interitionibus eorum*: caventes, nè unquam nosmetipsos prædicemus, quinimò *Iesum Christum*.

Lucæ ca. 4.
n. 18.

Marc. c. 6.
n. 6.

Matth. cap.
23. n. 51.

2. Cor. c. 2.
n. 17.

1. Cor. cap.
2. n. 13.

Psal. 106.
n. 20.

2. Cor. cap.
4. n. 5.

1. Cor. cap.
2. n. 23.

CRU-

*crucifixum . Apud rudem verò plebem
difficiliores , ac subtiliores quæstiones ,
quæque ad ædificationem non faciunt ,
& ex quibus plerumque nulla fit pieta-
tis accessio , à popularibus concionibus
secludantur: Docendo ea , quæ scire om-
nibus necessarium est ad salutem , an-
nunciandoque eis cum brevitate, & fa-
cilitate sermonis vitia, quæ eos declina-
re , & virtutes , quas sectari oporteat,
ut pœnam æternam evadere , & cele-
stem gloriam consequi valeant .*

*Trid. sess.
25. Decr.
de Purgat*

*Idem sess.
5. c. 2. de
Refor.*

V.

E Concionibus Missionarii ad Sa-
cramenta fidelibus dispensanda gra-
dum facient: Ubi Charitas excellen-
tior exigitur , perfectaue propter
Corporis, ac Sanguinis Domini rea-
lis , ac mystici traditionem, corporis
& mentis emundatio . Hinc diligen-
tius animaduertent ad Pœnitentiæ
Sacramentum recipiendos , ut verè
paterna dilectione filios agnosci de-
bere, spiritualibus remediis spiritua-
li-

litrè ægrotantibus præstò esse . De-
 viantes , ac pusillanimes prudentèr
 erigendo paritèr , & admonendo .
 Quod si duriori *virga* opus erit, pro-
 ut suæ, quisque prudentiæ visum fue-
 rit, stimulis acrioribus utendum; Nō-
 nunquàm enim Timotheum docuit
 Apostolus . *Argue, obsecra, increpa-
 in omni patientia, & doctrina .*

1. *Cor. c. 4.*
 n. 21.

2. *Timoth.*
 c. 4. n. 2.

VI.

Ad Sacram Domini mensam pro-
 perantes , ex iis indignos à Sacris
 Constitutionibus habitos , à tanti
 Mysterii participatione removendos
 noscant. Quia tamèn adsunt nonnul-
 li , qui criminum feditate gravati
 minimè dedignantur accedere , sic-
 que *vim Corpori & sanguini Domini*
inferre audent ; proderit eos antè
 monere, quod ab cordis munditiem
 asportantibus dumtaxat Dominum
 recipi liceat; Utq; venienti Deo, ve-
 luti Sponsæ vigiles, lumbosque carnis
 præcincti , lucernasque virtutum
 in

S. Cyprianus
Serm. de
Cana Do-
mini.

Matth. cap
25. v. 6. 10.
Luc. c. 12.
n. 35.

Pars III. Cap. IV. 159
in manibus habentes , occurrant .

C A P U T IV.

*Qualitèr erga Superiores , Fratres ,
ipsamque Congregationē se quis-
que gerere debeat .*

I.

A Postolus admonet. *Obedite Præ-*
positis vestris , & subiaceite eis . Ad hebr. c. 13. n. 17.
Ex hoc profectò Regularū præfidiū,
& adversus occurrentes incursus Cō-
gregationis propugnaculū certū de-
pēdet. Quinimò debitā Superioribus
observantiā præstare studeant, eos
venerari, mandatis quātocyùs obtē-
perare: Ipsos etenim spiritualemente no-
strorum profectum dirigentes, *sic vo-*
luit Dominus honorari . Esther. c. 6. n. 9. Quapro-
ptèr , quod Samuel Saulem objurga-
rit , in sacris litteris novimus , cū
inquit , ejus exprobrando contuma-
ciam . *Numquid vult Dominus holo-*
causta , & victimas , & non potiùs , ut 1. Reg. c. 15 n. 22.
obediatur voci Domini? Nec ambigē-
di

di locus, eisdem nomine Domini regere, qua ratione cohærenter nos Princeps Apostolorum alloquitur.

1. Petr. c. 2.
h. 13. 14.

Subiecti estote omni humana creaturæ propter Deum, attamen Superioribus præcipuè, tanquàm *ab eo missis*. Ea

Cass. lib. 4.
de renunc.
Instit. c. 30.
24. & 25.
& Collat. 2.
c. 20.

tamen erit observantiæ methodus, ut *sine discussione, sine examine præceptū* promptè suscipiatur, nè discrimen oriri, vel aliquatenus audiri liceat discrepantia. Exindè noscantur ala-

Ad Tit. c.
3. u. 1.

critè Superiorum dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, quod cum maximè proficuum arbitremur, Pauli precibus uti licebit. *Rogamus autem*

1. Thessal.
c. 5. u. 12.

vos, Fratres, ut noveritis eos, qui præsumunt vobis in Domino, & monent vos: ut habeatis illos abundantius in Charitate, propter opus illorum.

II.

1. Petr. cap.
4. u. 8.

Ulteriùs iniungimus, ut antè omnia per mutuam Charitatem *invicem diligentes* appareant; *honore invicem prævenientes, ac spiritu fervētes agnos-*
can-

Ad Rom.
c. 12. u. 10.

cantur : Charitas est quippè vincu-
lum perfectionis , & iuxta Divini Spi-
ritus oraculum : *Frater , qui adiuva-
tur à Fratre , quasi Civitas firma.* Ex-
indè monemus æmulationes vitare ,
controversias depellere. *Servum au-
tèm Domini , non oportet litigare ; sed
supportare invicem , & donare , si quis
adversus aliquem habet querelam.* Ef-
ficiantur igitur omnes unanimes , com-
patientes , Fraternitatis amatores , mi-
sericordes ; modesti , humiles . Id ipsum
sentientes , nihil per contentionem , sine
querela . Nec unquàm qui per animi
dotes alio se minorem agnoscit , vel
quod in Congregatione curis alter
majoribus exerceatur , ex hoc ipso
contendere , aut contristari debet :
cupientes à Fratribus nostris Domi-
ni mandatum , eaque protinùs oppo-
ni , quæ Moyses fuit olim Iosue allo-
cutus. *Quid amularis pro me , Quis tri-
buat , ut omnis populus prophetet , & det
eis Dominus spiritum suum.* Exindè

Marci cap.
10. v. 41. &
Luc. c. 22.
v. 28.

Num. c. 11.
v. 29.

L

con-

1. Thessal.
c. 4. v. 9.

concludit Apostolus, cum iis, quæ ad Theſſalonicenſes habuit. *De charitate autem fraternitatis non neceſſe habemus ſcribere vobis, ipſi enim vos à Deo didiciſtis, ut diligatis invicem.*

III.

1. Thessal.
c. 13.

2. Thessal.
c. 3. v. 12.

Hæc Superiorum veneratio, mutuaque dilectio, urgebit affiduè, potiſſimum tamèn in Congreſſibus habendis. Evitetur ſiquidèm iniunctorum iniuſta repulſio, nè in pleno cœtn audebit quis, vel minimum proferre, ni Superior indicaverit: Quare *ſilentium* rigorosè ſervandum erit, non tantùm à Fratribus utcunque, quin etiam Officialibus ipſis, Admonitoribus, & Aſſiſtentibus Superiore non annuente. Quod ſi dignum is duxerit, tunc locutio modeſta, prudens, ac decens erit; ſecùs autèm plurium ſermones intermiſcendo, vocum elarior, vel confuſio externis etiam in ſcandalum fiet; quod conſultò Timotheum Apoſtolus monuit *Noli contēdere*

dere verbis: ad nihil enim utile est, nisi ^{1. Timot. c.}
ad subversionem audientium. Si verò ^{2. u. 14. & 24.}
alter alterutrum loqui Superior ex
causa permiserit, quivis advertat,
quod in sententiis dicendis nullus debeat,
aut immodestis vocibus perstrepere, aut <sup>Trident.
sess. 2. De
modo viv.
in Concilio.</sup>
tumultibus perturbare. Sed quidquid
dicatur, sic mitissima verborum prola-
tione temperetur, ut nec audientes of-
fendantur, nec recti iudicis acies per-
turbato animo inflectatur.

C A P U T V. & ult.

De his, quæ ad hujusmodi Regularum
Observantiam pertinent, Ea-
rumque Conclusionem.

I.

AD ædificium spiritale ritè con-
summandum, institutas jam
Regulas, postremò superest usui
commendare, ut ad earum normam
Fratrum singulorum vita resplédeat,
& sicuti virtutum specimen instruat
actiones, gressusque dirigat. Necesse

*Can. Om-
nibus 35. q.
9.*

*Part. I. c.
2. n. 8.*

tamē erit eas accuratē servare, quod indefinenter petimus, adeoūt circa defides in Semestri Fratrum Scrutinio se rigorosē Consultores deferre velimus. Hinc prōderit Regulas à singulis detineri, studiosē perlegendas, ut in iis, quę decernenda fuerint, aptissimam notitiam unusquisq; perhibeat: Et quamvis alibi fuerit indictum, eas, quibusq; Congrēssibus, ad quos frequentissimē Fratres omnes accedent, ad singulas vices per Secretarium enunciari; Superioris tamē erit hoc, illudque Caput notificandum innuere.

II.

Dūm verò eas diligenter custodire curabunt, si forsā controversum quid; vel indistinctum, vel aliās firmandum, nec non pro temporis varietate immutandum, adveniet, hoc ea methodo perfici designamus: Nimirū, si rei qualitas erit, ad quam Regularum istarum clarior intelligētia,

tia, vel declaratio desideretur, vel potius nonnulla præter Regulas statui debeant, id ordinariæ Consultationi dimittimus, facultatem eidem cōgruam tribuentes, quatenus quodlibet declarare, vel præter ipsarum Regularum tenorem per peculiāres Conclusiones, Congregationi postmodum notificandas, disponere valeant. Dùm autem acciderit omninò Regulis fore dispensandum, & videbitur, quid ex rationabili causa peragendum, quoderit paritèr earū dispositioni directè contrarium, tunc totius Congregationis, præfixique numeri præsentium Fratrum iudicium, consensum, ac beneplacitum omninò requirimus, modo, & forma statutis. Ea tandè m hic studiosius perlegēda, quæ fuerunt à Sacrosancta Tridentina Synodo sequenti tenore pariformitèr definita. *Sicuti publicè expedit legis vinculum: quandoque relaxare, ut plenius evenientibus casibus, & necessi-*

Parc. l. c. 9. n. 5.

Trid. sess. 25. De Ref. cap. 18.

*tatibus pro communi utilitate satisfiat .
Sic frequētiūs legem solvere, nihil aliud
est, quam unicuique ad leges transgre-
diendas aditum aperire: Quod si urgēs,
iustaque ratio, & maior quandoque
utilitas, postulaverit, cum aliquibus dis-
pensandum esse, id causa cognita, ac
summa maturitate erit præstandum.*

III.

1. Thesal.
c. 4. v. 1. 2.

In ea tamēn Apostoli coinciden-
tes, Fratres nostros, quorum hacten-
nū Institutum, Domino favente, di-
reximus, fervidiūs alloqui cupientes,
*De cetero ergō, fratres, rogamus vos, &
obsecramus in Domino Jesu ut quemad-
modum acccpistis à nobis, quomodo
oporteat vos ambulare, & placere Deo:
sic, & ambuletis, ut abundetis magis .
Scitis enim, quæ præcepta dederimus
vobis per Dominum Jesum . Hæc au-
tēn levia quidē sunt, sedulō tamēn
recolenda; multum enim à Domino
recepistis, quid igitūr si minora re-
pendatis: alloqui cogimur, sicut Moy-
ses*

ses olim Levi filios . *Audite Filii Levi : Nūm parum vobis est , quod separavit vos Deus Israel ab omni populo , & junxit sibi , ut serviretis ei in cultu Tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei.* Cū autē leges istæ, Divinæ legi notissimè cohæreant; easq; Dominus Jesus veniens in Mundum verbis, ac exemplis Confacerdotibus præmonstrarit, eaque methodum , pro suo modulo, videantur attingere , quam Apostoli sunt persecuti , quæ à nobis est retinenda , ipsorum vestigia percalcare debentibus , vereamur ; Doctoris Gentium voces . *Qui hac spernit, non hominem spernit, sed Deum .*

Nam. c. 16. n. 2. 9.

1. Thes. 2. cap. 4. n. 2.

IV.

Scimus profectò nequidē aliud , præter quam Divinæ Charitatis zelū Fratres nostros expetere . Ille siquidē feriat observantię stimulus, pertimescendæq; transgressionis excitamentum, quo Dominus Apostolorum

L 4 cor-

Ioh. c. 14.
n. 15.

Ad Colos.
cap. 3. n. 16.
Et ibid. n.
17.

1. Thessal.
cap. 3. n. 12.
13.

corda pertransiit. Si diligitis, inquit, me, mandata mea servate. Pro his autem singulariter peragendis, enixius Dominum exoramus, ut *verbum Christi habitet in nobis abundanter. Omne quodcunque facimus in verbo, aut in opere, omne in nomine Domini Jesu Christi perficiatur, ejusque Charitas in cordibus nostris efferveat, ut eidem dignè ministremus. Nos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat Charitatem nostram in invicem, & in omnes, quemadmodum, & nos in vobis, ad confirmanda corda vestra, sine querela, in Sanctitate antè Deum, & Patrem nostrum, in adventu Domini nostri Jesu Christi.*

V.

Exoptamus prætereà talem ex operibus nostris fructum attendi, quem adfuturum veris Vineæ Spiritualis agricolis Dominus repromisit; illudque proindè præmium à nobis expectandum, quod pro iisdem effor-

man-

mandum, iteratis oraculis, Divinæ
Scripturæ paginæ contestantur. *Qui*
ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt
quasi Stelle in perpetuas eternitates. Et
alibi. *Qui fecerit, & docuerit, hic ma-*
gnus vocabitur in Regno Cælorum. Ac-
cedet exornans immarcescibilis glo-
riæ corona, accinet vera pax, since-
ræque lætitiæ firmitudo, iis potissimū,
qui solertè Institutum hoc prosequi
fatagerunt: Apostolo promittente.

Daniel. c.
12. u. 3. 4

Matth. c.
5. u. 19.

Quicūque hanc Regulam secuti fuerint,
pax super illos, & misericordia, Indè cū
eodem, qui sæpissimè hujus operis
fervorem sua doctrina subministra-
vit, postrema verba disponere dignū
putavimus. *Verumtamen ad quod per-*
venimus, ut idem sapiamus, & in eadem
permaneamus Regula. Et pax Dei, que
exuperat omnem sensum custodiat corda
vestra, & intelligentias vestras in

Ad Galat.
c. 6. u. 16.

Ad Philip.
c. 3. u. 16.

Et c. 4. u. 7.

CHRISTO JESU.

FINIS.

Deo autem, & Patri nostro Gloria
in secula seculorum. Amen.

Ad Philip.
c. 4. u. 20.

Nos *infrascripti Superior, & Assistentes Congregationis Apostolicarum Missionum sub patrocinio S. Mariæ Reginae Apostolorum, in Cathedrali Neapolitana erectæ, Universis, ac singulis, ad quos præsentés pervenerint, notum facimus, atque testamur, præscriptas nostræ Congregationis Regulas, hætenus de ejusdem consensu à pluribus præfatæ Congregationis Sacerdotibus reuistas, & approbatas, à die 13. Septēbris anni præteriti 1688. usquē ad 24. Januarii subsequēntis anni 1689. in plenīs Congressibus totā, & cōsuetā Congregationem representantibus, fuisse lectas, examinatas, ac in pluribus correctas tūm viva voce, tūm per secretā suffragia, de ejusdem paritēr consensu, quatenus opus fuit; ac tandēm, prout extant, sub præfata die 24. Januarii fuisse postremò approbatas, ac receptas, neminē discrepātē pariformitēr statuendo, eas fore usui demandandas in vim Regularum nostræ Congregationis, quā-*
do-

docunque, ad Patris Superioris instantiam, fuerint ab Eminentiss. ac Reverendiss. Domino Cardinali Archiepiscopo Neapolitano approbata, & confirmata. In quorum fidem presentes propria manu subscripsimus, ejusdem Congregationis Sigillo munitas. Datum ex nostra Congregatione in Ecclesia Cathedrali, die 25. Aprilis 1689.

D. Januarius de Auria Superior.

D. Joseph Cerbonus Primus Assistent.

D. Joseph Placidus de Pace Secundus Assistent.

Loco ✕ sigilli.

Reg. fol. 79.

D. Joseph Sanfelicius Secret.

S*ebastianus Perissius V. I. & Sac. Th. D. Protō. Apost. Eminētiss. & Rever. diss. Domini D. Antonii Tit. S. Pancratii*
S.

S.R.E. Presbyteri Cardinalis Pignatelli Archiep. Neap. In Spiritualibus, & Temporalibus Vicarius, Locumtenens, & Officialis Generalis.

UNiverfis, & singulis has præsentibus inspecturis notum facimus, atque testamur, retroscriptos RR. DD. Januarium de Auria, D. Josephum Cerbonum, & D. Josephum Placidum de Pace, qui retroscriptam attestationem fecerunt, subscripserunt, & solito sigillo sigillari fecerunt, fuisse, & esse tales, quales se asserunt, fideles, & legales, scripturisque suis, & his consimilibus semper adhibitam fuisse, ac de præsentī plenam, & indubiā in iudicio, & extrā, adhiberi fidem, &c. Datum Neap. Ex Palat. Archiep. hac die 27. mensis Aprilis 1689.

Sebastianus Perissius Vic. Gen.

Loco † sigilli.

Joseph Preti pro Cur. A&or. Mag.

Nos.

NOs quidè in omnibus hujusmodi Sacris muneribus, ac Sacerdotalibus officiis, in quibus præsidium nostrum expetitur, totam nostram auctoritatem, quod summo perè eupimus, impertiri satagentes; atque ad Omnipotentis Dei gloriam, B. Mariæ Virginis, ac Sæctorum Apostolorum ejusdem Congregationis Protectorum, Institutum tam celebre, ac pium, proximorumq; Sæluti valdè proficuū, Congressus adeò Clericali institutioni opportunos, nō solū promoverè, quin studiosius cōfovere cupiētes, omnibus, ac singulise jusdē Congregationis Presbyteris Pastoralia affectu benedicimus, Regulasq; præinfertas, ac singula Capitula, & Constitutiones præscriptas, de

eorundem consensu in plena Congregatione compilatas, examinatas, & approbatas, (uti Nobis constare fecerunt) atque, ut extant, juxtà omnimodam ipsarum seriē, ac tenorem, auctoritate nostra, ac melioribus, modo, via, jure, causa, & forma, quibus melius possumus, & debemus, tenore præsentium, ex certa scientia, ac matura deliberatione præmissa, approbamus, & confirmamus; illisque nostræ, & Archiepiscopalis firmitatis robur adiicimus, omnesque, ac singulos (quatenus possumus) juris, & facti defectus, si qui desuper, quomodolibet intervenerint, supplemus; easque Regulas, & Capitula, sic modificata, constructa, innovata, & conscripta per omnes, & singu-

gulos ejusdem Congregatos, tam
 præsentes, quàm futuros, quatenus
 recipi, & observari valeant,
 summoperè assētimur; Nostriumq;
 super his omnibus assensum, con-
 sensum, ac beneplacitum præsta-
 mus; Sicq; paritèr omnia, & singu-
 la Constituta, Ordinata, Decreta,
 Declarata, juxtà ipsarum seriem,
 ac tenorem Approbamus, & Con-
 firmamus, & quatenus opus est, In-
 novamus, & Declaramus: easque
 Regulas Imprimi, & Impressas pu-
 bliscari concedimus, & in Archie-
 piscopali Curia registrari manda-
 mus. Datum Neapoli ex Archie-
 piscopali Nostro Palatio, die 24.
 Maii, Anno Domini Millesimo,
 Sexcentesimo, Octuagesimo, No-

176

Christo Patris, & D. N. Innocen-
tii Divina Providentia Papæ XI.
anno ejus Decimo Tertio.

ANTONIUS CARDINALIS
PIGNATELLUS.

Loco † figilli

Registr. fol. 286.

Ioſeph Preti pro Cur. Actor Mag.

1407140

Sum-

SUMMARIUM

Indulgentiarum , aliarumque Spiritu-
alium facultatum

PER SS. D. N.

INNOCENTII PP. XI.

Nostræ Congregationi Apost.
Miss. Concessarum.

PRO FRATRIBUS

Sequentes conceduntur in perpetuum.

I. **P** Ræfatus SS. D. N. Omnibus, ac
singulis Clericis , seu Præsby-
teris Secularibus dictam nostram Congre-
gationem ingredientibus , die primò eorū
ingressus, verè pœnitentibus, confessis, ac
Sacra Communione refectis *Indulgentiam*
Plenariam Concessit.

II. Tàm descriptis , quam in eadem ;

rè pœnitentes , & Confessi , atque Sacra Communionē reſecti, vel quatenus id facere nequiverint , ſaltem contriti , Nomen IESU, ore, ſi potuerint, ſin minus corde, devotè invocaverint, *Plenariam etiam Indulgentiam* conceſſit .

III. Iiſdem verè pœnitentibus, & Confessi, ac Sacra Communionē reſectis , qui Congregationis Eccleſiam , ſeu Cappellam, Vel Oratorium, die Feſto *Viſitationis B. M. V. Immaculæ* à primis Veſperis, uſq; ad occaſum ſolis Feſti huiusmodi , ſingulis annis devotè viſitaverint, & ibi pro Chriſtianorū Principum concordia , hæreſum extirpatione, ac S. M. Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, *Plenariam Omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam , & remiſſionem* paritèr conceſſit .

IV. Iiſdem verè pœnitentibus, & confessi, ac Sacra Communionē reſectis, dictā Eccleſiam, ſeu Cappellā, vel Oratorium in *Assumptionis B. M. V.* ac *SS. Apoſtolorum Petri , & Pauli , ac Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ, ac S. Franciſci Saleſii Feſtis* diebus, uti ſuprà viſitantibus, & ibidem orantibus, quo die præſatorum id egerint, *ſeptem annos, ac totidem quadragenas*, de inſcribendis pœnitentiis indulſit .

V. Iis verò , qui ex præſatis , *Missis,*
aliis-

aliisque Divinis Officiis in Ecclesia , seu
Cappella , vel Oratorio hujusmodi pro
tempore celebrandis, & recitandis, seu Co-
gregationibus publicis, vel privatis nostræ
Congregationis, ubivis faciendis , inter-
fuerint , aut pauperes hospitio susceperint,
vel pacem inter inimicos composuerint ,
seu componi fecerint , vel procuraverint ,
vel etiam, qui corpora Defunctorum, tam
Fratrum , quàm aliorum ad sepulturam,
associaverint, aut quascumque Processiones
de licentia Ordinarii faciendas , sanctissi-
mumque Eucharistiæ Sacramentum, tam
in Processionibus, quàm cum ad infirmos,
aut alias ubicumque, & quomodocumque
pro tempore deferetur , comitati fuerint,
vel si impediti Campanæ ad id signo dato
semel Orationem Dominicam, & Salutationem
Angelicam dixerint , aut quinquies
Orationem , & Salutationem easdem pro
animabus Defunctorum Fratrum recitave-
rint, aut devium aliquem ad viam salutis
reducerint, & ignorantes præcepta Dei, &
ea, quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quod-
cumque aliud pietatis, vel charitatis opus
exercuerint , toties pro quolibet præfato

Dummodò dicta nostra Congregatio pro tempore Alicui Archiconfraternitati non aggregetur. Proùt ex Brevi sub *Dat. Romæ ap. S. Petrum sub an. Pisc. v. Ianuarii 1679. Pontific. sui anno 3.*

PRO MISSIONIBVS.

*Sequentes conceduntur ad septennium,
& qualibet vice ad septennium pa-
ritèr denuò concedi solent.*

I. **P**Ræfatus SS. D. N. Nostræ Congregationis Presbyteris, qui in *Diversa Regni Neapolis loca de licentia Ordinariorum locorum, ad procurandam fidelium salutem mitti consueverunt, ac aliis utriusq; sexus Christi fidelibus, ad quos mittendi accesserint, Apostolicam Benedictionem elargitur, eisdemque verè pœnitentibus, & confessis, qui Parochialem, seu aliam Ecclesiam loci, in quo pro tempore Missio fiet, & in qua Communio Generalis de licentia Ordinarii tempore Missionis huiusmodi agetur, devotè visitaverint, ibique SS. Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. M. Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint. Plenariam Omnium peccatorum,*

rum suorum Indulgentiam, & remissionem, & quam etiam pro animabus Christi fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare possint, Concessit. Prout ex Breui sub dat. Rom. sub an. Pisc. &c.

II. Nostræ Congreg. Presbyteris Sæcularibus, Iuxta nostrum Institutum in diversis Civitatibus, & locis de Ordinariorum licentia, Missiones exercentibus, ad audiendas Christi fidelium Confessiones ab Ordinariis locorum respectivè approbatis, eosdem Christi fideles quoscunque ad se recurrentes, eorum Confessionibus diligenter auditis, à quibuscunque eorum peccatis, excessibus, & delictis, etiam in casibus Sedi Apostolicæ (non tamèn per litteras Apostolicas die Cænæ Domini legi solitas) reservatis, in foro conscientie tantum, pœnitentia tamèn salutaris pro modo culpe, & aliis, quæ iniungenda fuerint, eis iniungitis, ac in actu Missionum huiusmodi, quas de Ordinariorum locorum licentia respectivè exercuerint, dumtaxat, absolvendi facultatem, autoritate Apostolica cõcessit, & impertitus est. Non obstantibus, &c.

Prout ex Breui sub dat. Rom. sub an. Pisc. &c. .

F I N I S.

Errata

Corrige

pag. 15 vers. 18		præfigere	præfigere
24	22	præfixum, erit	præfixum erit
25	6	legimus	legimus.
31	2	forma	forma
32	13	membrorum	membrum
36	21	numeris	maneris
64	17	usurpari nō fueris	usurpari.
69	8	Missionem	Missionem
112	7	destinandis	destinandos
236	33	Sacrofacti,	Sacrofacti
137		Cap. II VI.	Cap. VIII.
140	10	ad virtutē; cohortari	ad virtutē cohortari
254	9	suæ,	suæ.

1407140

sen